

que parti erit danda, nisi aliqua ex partibus cum juramento asserat, se velle instrumenta partis aduersæ de falso redarguere: nam tunc originaliter erunt sibi ostendenda: (m) & libellus duplicationis rei concipiendus erit forma sequenti.

LIBELLUS DUPLICATIONIS
rei ad replicationem actoris.

Ilustre Señor.

41. Geronimo, vecino de la Ciudad de Zamora, en la causa con el dicho Pedro, en respuesta de una réplica de razones por el dicho aduerso presentada, en que dice, que sin embargo de mis excepciones, soy obligado a le pagar los dichos cien ducados, que menos bien me pide, a cuyo tenor me refiriendo, digo: Que todavia de justicia Vmd. me debe dar por libre de lo que el dicho aduerso me pide, y en esta causa ha cer segun, y como por mi es pedido: y a las razones de su réplica se hará face por lo siguiente. Lo primero, que en lo que dice, que yo me constituí por padador del dicho Juan al principio del dicho mes de Mayo, no pudo ser, porque aquel tiempo, y muchos dias antes, y después yo no estuy en esta Ciudad, y así no me le pude obligar. Lo otro, porque a aquel dicho tiempo ya el dicho aduerso havia averiguado, y fenecido sus cuentas con el dicho Juan de todos los dares, y tomarres, que entre ellos havia havido hasta aquel dicho tiempo: y de cierto alcance, que el dicho aduerso le hizo, huvo pacto, y concierto de no se los pedir jamás, en el qual concierto se incluyeron los dichos cien ducados, que agora me pide. Lo otro niego, que me haya pagado los dichos cientos ducados, que le empreste, ni que yo le haya dado carta de pago: y la escritura que de ello presento no es autentica, ni verdadera, y así la redarguyo de falso civilmente: y juro a Dios, y a esta X que esta redargucion no hago de malicia. Por que pido a Vmd. segun pedido tengo, y en lo necesario el oficio de Vmd. imploro, pido

(m) Secundum Specul. Tit. de Instrum. edicióne, §. Videndum, n. 13. & Bart. leg. 1. §. 1. n. 6. ff. de Edend. Idem firmat gloss. in §. Item verborum, verb. Toto die, Infit. de Inuit. stipul. & Salic. n. 4. & Bald. num. 2. in leg. fin. Cod. de Fid. Instrum. Et ita disponit leg. 3. tit. 5. lib. 4. Recopil.

(n) Ut in leg. Error. Cod. de Jur. & fact. ignor. & in leg. Non iudetur, de Confess. ff. & in cap. fin. Extra de Confess.

cumplimiento de justicia, y costas, y negando lo prejudicial, novatione cessante, concluyo en el articulo, que conclusion requiere, &c.

Diximus, tam in libello replicationis actoris, quam in libello duplicationis rei, novatione cessante, negando lo prejudicial, &c. quia clausula ista erit apponenda in quolibet horum libellorum, cum sit valde utilis, & magni effectus: nam si aliquod prejudicial fuerit appositum in libello aduersarii, quod in specie non fuerit negatum: vel si ab ipsomet producente aliquid per incuriam, vel errorem in suo libello dictum fuerit, quod damnatum eidem inferret, per prædictam clausulam videtur illud revocare, & recedere a sua confessione per errorem facta. (n)

Diximus etiam in utroque libello replicationis, & duplicationis, concluyo en el articulo, &c. 43. nam licet de iure Communi datur triplicatio, & quadruplicatio: (o) 44. tamen de iure hujus Regni solummodo datur replicatio, & quadruplicatio, & ita neutra pars porrigere potest ultra duos libellos, actor nempe, libellum petitionis principalis, & libellum replicationis, reus vero libellum responforium ad petitionem actoris, & libellum duplicationis, & deinceps nullus alius libellus, nec petitio erit admittenda, 45. sed statim causa habetur pro conclusa ad probationes recipiendas, sine aliquo actu conclusionis, etiam si per partes non concludatur: (p) ac ideò Judex statim proferet sententiam interlocutoriam, per quam partes ad probationem recipit, & interrogatoriis, & articulis postmodum a partibus productis, si in vim positionum ponantur ad invicem per partes, tunc Judex eis præcipere debet, quòd juramentum calumnie præstetur, & positionibus respondeatur: (q) tamen quia positiones ponuntur, postquam Judex recipit partes ad probationem, de qua re proferet sententiam interlocutoriam, & in termino probatorio positiones ponuntur, ideò prius videndum erit de 8. Tempore.

(o) Juxta text. in leg. 1. ff. de Except. & in princ. Infit. de Replis.

(p) Juxta text. in leg. 2. tit. 5. lib. 4. Recop. & in leg. 9. tit. 6. lib. 4. Recop. & in leg. 4. in fin. tit. 16. lib. 2. Recop. In Lusitania vero quot libelli ab utraque parte produci possint: disponit Ordinatio Lusit. leg. 3. tit. 15. §. 12.

(q) Ut disponit leg. 1. tit. 6. lib. 4. Recop.

EX

EX OCTAVO TEMPORE.

S U M M A R I A.

- 1 Judex intra sex dies interlocutoriam sententiam proferre tenetur, per quam recipiat partes ad probationem.
- 2 Judex a parte requisitus, ut intra sex dies sententiam interlocutoriam proferat, si facere neglexerit, poenam quinquaginta mille dipondiorum sustinebit.
- 3 Probatio est alicujus rei per argumenta ostensa.
- 4 Probationum species sunt sex, ad quas cetera rediguntur.
- 5 Plena, & legitima probatio est illa, que fit, aut per instrumentum, aut per duos testes.
- 6 Efficacior est probatio testium, quam instrumentorum.
- 7 Instrumentum per duos testes reprobari potest.
- 8 In litibus exercendis parem obtinent auctoritatem testes, & instrumenta.
- 9 Ad reprobationem instrumenti duo testes non sufficiunt.
- 10 Plures sunt casus, in quibus duo testes non sufficiunt.
- 11 Vox unius, vox nullius est.
- 12 In aliquibus casibus dictum unius testis fidem facit.
- 13 Judex multitudinem testium refranare potest.
- 14 Regio iure numerus testium taxatus est usque ad triginta, & in Lusitania usque ad viginti.
- 15 Hodierno stylo duodecim tantum testes in quolibet articulo recipiuntur.
- 16 Testes per judicem compelli possunt, ut ad testificandum veniant.
- 17 Testis, qui se ingerit, suspectus censendus est.
- 18 Testi precibus adducto magna fides adhibetur.
- 19 Testis non precibus, sed precio corrumptur.
- 20 Potest pars testem instruere de his, qua dicturus est.
- 21 Centum requisita debet Judex in testibus considerare, ut eis fidem adhibeat.
- 22 In causis pecuniariis unica tantum dilatio olim ad probandum dabatur.
- 23 Tres dilaciones, & non plures potest concedere Judex.
- 24 Quartam dilacionem, juris solemnitate servata, potest Judex concedere.
- 25 Si pars renuntiet productioni testium, amplius non auditur.

- 26 Si pars ignoret alios habere testes, etiam si productioni testium renuntiet, audiri poterit.
- 27 Regio iure, si pars renuntiauerit testium productioni, auditur alios producendo.
- 28 Post didiscita testificata non recipiuntur alii testes.
- 29 Regio iure omnes tres dilaciones sub una conceduntur, & non successive.
- 30 Arbitrio Judicis taxari debet dilatio.
- 31 Iure communi danda sunt in criminibus dua dilaciones accusatori, & reo tres.
- 32 Termini probatorii varii judicantur.
- 33 Termini probatorii sunt arbitrarii, ac propterea restringi poterunt, seu prorogari.
- 34 Iure Regio Judicis non possunt prolongare terminos probatorios ultra octuaginta dies, quando fieri debet probatio aqueunde los puertos.
- 35 Quando probatio fieri debet allende los puertos, terminus probatorius tantum potest usque ad centum, & viginti dies prorogari.
- 36 Ex causa bene potest Judex terminum probatorium coarctare.
- 37 Quando probatio fieri debet ultra mare, aut extra Regnum, possunt petere partes terminum ultramarinum.
- 38 Sex menses assignantur in termino ultramarino, & que requirantur, ut concedi debeat sermone Hispano traditur.
- 39 Si probatio fieri debeat apud Indos, non terminus ultramarinus, sed dilatio ordinaria unius anni peti debet.
- 40 Si terminus probatorius in prima instantia petitus non fuerit, in causa appellationis exigi poterit.
- 41 Libellus petitionis termini ultramarini sermone Hispano conceptus.
- 42 Responso Judicis ad petitionem termini ultramarini.
- 43 Pars producit testes ad testificandum, super petitione termini ultramarini.
- 44 Sententia Judicis interlocutoria, qua precipitur parti petenti terminum ultramarinum, ut pecunias deponat ad persolvendas sportulas, & poenam.
- 45 Probatio facta, nulla dilacione a Judice assignata, valida est, & tenet.
- 46 Elapso termino a Judice assignato, non possunt amplius testes recipi.
- 47 Testes ante elapsum terminum producti, & jurati possunt, etiam eo elapso, examinari.
- 48 Si dilatio assignetur a Judice, testes intra dilacionem debent jurare, & examinari, alias non admittuntur.
- 49 Post testium publicationem non potest testis examinari.
- 50 Impertinentes, & superfluas probationes

nes iudex admittere non debet.

51 Si iudex admisserit probationem cum hac clausula: Salvo jure impertinentium, & non admittendorum, evitabit poenam leg. 3. tit. 12. Part. 3.

52 Testis, qui alius non debuit ob ejus infamiam examinari, si examinatus fuerit, ad torturam fidem facit.

53 Si opponatur clausula: Salvo jure non admittendorum, & testis fuerit examinatus, qui alius examinandus non erat, nullam nec ad torturam fidem facit.

54 Testes nisi parte citata recipi non debent.

55 In crimine sodomia testes, etiam parte non citata, recipi poterunt.

56 Ex partium conventionem, etiam parte non citata, testes recipi possunt, & in aliis casibus remissive.

57 Intra sex dies sunt objicienda exceptiones testibus.

58 Quando pars adversa prasens est testimonium depositionibus, statim in termino probatorio negotii principalis exceptiones eis opponere debet.

59 Exceptio, quod testis fuit nummis corruptus, opponi potest intra sex dies, siue prasens, siue absens pars inveniatur.

60 Pars cum prasens est ad testimonium depositiones, protestari tenetur, suas exceptiones salvas fore, ut postea eas intra sex dies probare possit.

61 Articulus est pars intentionis continens id, quod quis probare intendit per testes, aut scripturas.

62 Articuli multum differunt ab interrogatoriis.

63 Forma interrogatorii ex parte actoris sermone Hispano.

64 Caput in quolibet interrogatorio poni debet, ut iudici, & Tabellioni constet, illud esse ad instructionem testimonium.

65 Testes debent cognoscere personam litigantium, a quibus, & contra quos producuntur.

66 Quando factum sumit effectum ex persona tantum unius litigatoris, sufficit, ut testis eundem tantum cognoscat.

67 Constitutum debet precedere debitum.

68 Ut actio de constituta pecunia locum habere possit, necessarium est, ut principale debitum nulla possit exceptione elidi.

69 Fama publica tantum inducit simplicem probationem.

70 Fama publica, junctis aliis adminiculis, & uno teste, plenam probationem inducit.

71 Positio est pars intentionis continens

id, super quo quis petit ab adversario responderi.

72 Prius sunt facienda positiones, quam articuli proponendi.

73 Hodie positiones, & articuli simul concipi, & formari debent.

74 Si pars adversa aliquem articulum confiteatur, articulus convertitur in positionem.

75 Pars debet positionibus respondere per verbum Nego, aut per verbum Confiteor.

76 Responso debet esse clara.

77 Pars non potest positionibus respondere per verbum Credo, vel Non credo, quia positiones fiunt ad inducendam certam probationem.

78 Verbum Credo regulariter non probat.

79 Positionibus sic responderi non potest: Nego narrata, prout narrantur: sed simpliciter respondendum est.

80 Jussus a iudice positionibus respondere, si clarè, & simpliciter non respondeat, pro confesso habendus est.

81 Pana, quod positionibus non respondens pro confesso habeatur, in causis criminalibus locum non habet.

82 Adversus eam factam confessionem, quam lex inducit, probatio admittitur in contrarium.

83 Lex rebus, & non verbis imponi debet.

84 Si reus positionibus non respondeat, ac per hoc pro confesso habeatur, & postea adversus confessionem in contrarium probaverit, nihilominus actor relevabitur a positionum probatione, quas aliis probare debebat.

85 Ad hoc ut reus nolens positionibus respondere pro confesso habeatur, necessarium est eum a iudice, prasente Tabellione, interrogari, ut respondeat.

86 Si reus a Tabellione ex iudicis commissione interrogetur, & respondere nolit, non est habendus pro confesso.

87 Qui ponit, censetur fateri id, quod ponit.

88 Qui articulos format, non constitetur eos.

89 Quando articuli ponuntur propositionibus, eos intelligitur quis fateri.

90 Positionibus hodie tenetur quis respondere sine ulla termini dilatione, & absque sui Advocati consilio.

91 Si respondendo quis positionibus falsum jurando respondeat, solum Deum ultorem habet.

92 Actor positionibus respondens, & falsum jurans in amissione causae punitur: reus autem pro confesso habebitur.

93 Articuli ideo porrigitur, ut per eos testes examinentur.

Ar-

94 Articulorum copia parti adversa dari debet.

95 Copia interrogatoriorum non est pras-tanda.

96 Hodie nec articulorum, nec interrogatoriorum copia parti adversa exhibenda est.

97 Testis sponte propria ad testificandum veniens, utpotè se ingerens, suspectus reputatur.

98 Testis debet examinari ab eodem iudice.

99 Probatio iudici, & non Notario fieri debet.

100 Ex causa potest committi testimonium examinationi.

101 Si in processu non constat de commissione examinationis testimonium, processus est nullus.

102 Si testes sint in alio loco, iudex potest committere eorum examinationem iudici illius loci.

103 Instrumenta sunt producenda coram proprio iudice.

104 Sine juramento non valet testis depositio.

105 Precedere debet testis iuramentum ejus depositionem.

106 Si incontinenti testis deposuerit, & juraverit, validum erit ejus dictum.

107 Testis non potest per procuratorem jurare.

108 Testes ita sunt secreti, & sigillatim examinandi, ut alter coram alterius dictum scire non possit.

109 Si secunda dilatio, qua quarto plazo dicitur, ut testes jurare possint, denegata fuerit, pars appellare poterit.

110 Testi potest prorogatio del quarto plazo.

111 Prorogatio non est, termino qui prorogatur finito.

112 Elapso termino probatorio, non possunt amplius testes produci.

113 Adversus omisam allegationem, vel termini lapsum restitutio peti potest, dummodo is eam petat, cui de jure competere restitutio possit.

114 Si minor criminaliter aliquem accuset, non restituitur adversus omisam allegationem.

115 Minor jurisperitus restitui non potest adversus omisam allegationem, contrarium tamen defendit Sarmiento.

116 Restitutio semel est concedenda.

117 Adversarius, etiam major, potest uti termino probatorio minori concessio.

118 Minori non datur procurator, sed curator.

119 Propter negligentiam procuratorum minoris, potest minor restitui.

120 Restitutio non conceditur pro modica

lesione.

121 Restitutio competit minori jure speciali, non jure ordinario.

122 Restitutio non jure actionis, sed iudicis officio nobili postulat.

123 Minor ipso jure lesus esse censetur, allegationibus omisiss, absque eo quod probet.

124 Minor, ita demum in aliis casibus restituitur, si probet se minorem, & lesum esse.

125 Quando minor facit actum, ex quo sibi nulla utilitas provenit, sed potius potuit damnum sibi inferri, ipso jure lesus esse censetur.

126 Minor intra quindecim dies a die publicationis testimonium, vel a die termini lapsi connumerandos restitutionem adversus allegationem omisam postulare debet.

127 Interrogatorium super articulo restitutionis sermone Hispano compositum.

128 Si pars adversa positiones negaverit, duobus testibus adhibitis, proceditur ad sententiam.

129 Sententia, qua minor restituitur, sermone Hispano concepta.

130 Pars debet citari, ut ad publicationem testimonium veniat.

131 Sufficit una citatio, ut pars adversa ad videndam testimonium publicationem veniat.

132 Si pars citata non comparuerit intra terminum, adversa pars ejus contumaciam incusare debet, & tunc testimonium dicta publicabuntur.

133 Publicatio testimonium, qualiter de jure Regio fit, sermone Hispano componitur.

134 Dictis testimonium publicatis, amplius non possunt testes produci.

135 Testium publicatio omisita non reddit processum nullum.

136 Si omisita fuerit testimonium publicatio, qua a parte petita fuit, & processus erit nullus.

137 Regio jure, si publicatio testimonium omittatur, processus est nullus.

138 Ablativus absolutus conditionem facit.

139 Conditio formam inducit.

140 Omisio forma quemcumque actum vitiat.

141 Omisio publicationis testimonium ita demum reddit nullum processum, si ab ejus denegatione fuerit appellatum.

142 In causis, etiam criminalibus, publicationis testimonium omisio reddit processum nullum.

143 Testis intra terminum productus potest aliquando, etiam attestationibus publicatis, examinari.

144 Etiam post didicita testificata instrumenta admittenda sunt, usque ad cause conclusionem.

145 Producent instrumenta post didicita

tes-

testificata, jurare debet se de novo invenisse.

146 Etiam publicatis attestacionibus, potest peti restitutio adversus omnes probationem, si talis persona eam petierit, qua de jure restitui possit.

147 Publicatio fieri debet per Judicem, qui de negotio cognoscit.

148 Etiam si alicui committatur testium examen, non potest ejus dicta publicare.

149 Publicatio, ideo fit, ut partes dicta testium sciant, & eis exceptiones opponere possint.

150 Intra sex dies debent testibus exceptiones opponi.

OCTAVUM TEMPUS.

PROBATIONIS, ET TESTIUM producendorum.

I. Postquam fuerit conclusum a partibus, vel elapsi fuerint termini, Judex tenetur proferre intra sex dies sententiam interlocutoriam, per quam recipiat partes litigantes ad probationem: 2. alioquin, si intra dictum terminum non proferat, damna propter litem retardatam solvere debet, cum quinquaginta mille dipondiis, si requisitus fuerit a parte, ut sententiam proferat, alias ante requisitionem poenam supradictam non incurret: (a) & quod partes recipiantur ad probanda allegata, & quod testes admittantur, est de substantia iudicii, (b) quam sententiam interlocutoriam Judex forma sequenti concipiet.

SENTENTIA INTERLOCUTORIA de prueba.

En Salamanca, a primero dia del mes de Agosto de 1581. años, ante mi el presente Escribano, y testigos de yuso escritos, el dicho señor Alcalde Mayor dixo, que

(a) Juxta text. in leg. 1. tit. 17. lib. 4. Recop. Et tradit Didac. Perez in leg. 1. tit. 11. lib. 3. Ordin. & in leg. 6. tit. 16. lib. 3. Ordin.

(b) Ut probat gloss. in Sum. 2. quæst. 1. & gloss. in leg. *Prælatam*, Cod. de *Sent. & Interloc. jud.* & de *Jure Regio* probatur in leg. 2. tit. 15. Part. 3. & in leg. 2. & tit. 16. Part. 3. & in leg. 1. tit. 6. lib. 4. Recop. tradit *Avend.* in 1. respon. n. 7.

(c) Secundum gloss. in Rubr. Cod. de *Probat.* receptam a *Salic.* & *Paul.* ibi n. 2. *Rota Nova* 465. n. 4. *Aret.* n. 1. *Barbac.* n. 5. & *Dec.* n. 4. in Rubr. *Extra de Probat.* Et hanc definitionem testatur communem *Gometius* in §. *Item si quis*, n. 4. *Instit. de Ad.* & eam defendit *Berouis* in dict. Rubr. *Extra de Probat.* n. 29. tamen si multi relati a *Did.* *Perez* in Rubr. tit. 11. lib. 3. *Ordin.* in gloss. 1. eam improbandi, ubi aliam ipse assignat. Et quid veniat appellacione probationis docent *Felin.* n. 1. & *Dec.* n. 13.

debia de recibir, y recibio à ambas las partes à prueba de lo por ellas dicho, y allegado, con plazo, y termino de nueve dias primeros siguientes, salvo jure impetimentum, & non admittendum; y mandò citar à ambas las partes, para ver presentar, jurar, y conoixer los testigos, que la una parte presentate contra la otra, y la otra contra la otra, y firmò de su nombre. Testigos F. y E.

EXPOSITIO HUIUS SENTENTIE.

Diximus, recibio à prueba, &c. 3. Probatio nihil aliud est, quam alienius rei per argumenta ostensio. (c) 4. Et adverte, quod sex sunt species probationis ad quas cætera rediguntur. Prima est, quæ fit per testes omni exceptione majores. Secunda, quæ fit per privilegia, aut instrumenta indubitata. Tertia, quæ fit per juramentum parti delatum. Quarta, quæ fit per confessionem factam in iudicio. Quinta, quæ fit per evidentiam facti. Sexta, quæ fit per conjecturas, & præsumptiones. Et has sex species probationis congerit *Oldendortius.* (d)

Et probatio est duplex *Semiplena*, & *Plena*. Et quot sint genera semiplenæ probationis tradit *Speculator.* (e) 5. Probatio autem plena, & legitima est; quæ fit duobus testibus, aut per instrumenta, (f) probatio tamen testium ex una parte præfertur probationi facta per instrumenta, ex altera parte, 6. quia probatio testium efficacior est, secundum glossam. (g) Facit text. in cap. *Cum Joannes*, §. *Porro*, de *Fid. instrum.* dum probat, 7. instrumentum reprobari posse per duos testes omni exceptione majores, etiam si non sint ex descriptis in instrumentum illo. (h) Nec huic veræ resolutioni obstat text. in leg. *In exercendis*, Cod. de *Fid. instrum.* quatenus inquit, 8. quod in exercendis litibus parem vim habent testes, & instrumenta.

in Rubr. *Extra de Probat.*

(d) In *Tract.* de *Probationibus*, §. 2. n. 1. & *Didac.* *Perez* ubi supr.

(e) In *Tit.* de *Probat.* §. *Videntur*, n. 38.

(f) Secundum gloss. in leg. *Cum de debito*, verb. *Legimus*, ff. de *Prob.* not. *Felin.* cap. *Prudentiam*, §. *Sexto*, n. 2. de *Offic. Deleg.* *Barb.* in cap. *Et si cleric.* n. 105. de *Jud. Juss.* leg. fin. §. *Licentia*, n. 2. Cod. de *Jur. delib.* *Dec.* in Rubr. n. 8. *Extra de Probat.*

(g) Rubr. *Extra de Testib.* receptam communiter ex *Bald.* *Panor.* *Imol.* & omnibus ibi. *Felin.* in Rubr. n. 1. & in cap. *Cum Joannes*, de *Fid. instrum.* n. 35, per text. in *Auth.* de *Instrum. aut. & fide* in princ. *vers. Si verò tale*, *Collat.* 6.

(h) Secundum communem opinionem ex *Fel.* ibi, n. 55. & *Dec.* in cap. *Tertio loco*, n. 11. de *Probat.* & *Covarr.* lib. 2. *Variar.* cap. 13. n. 10.

Probationis, & testium producendorum.

mentibus inferioribus jam obtinuit, quod tantum duodecim testes in qualibet causa recipiantur super quolibet articulo.

16. Qui testes compelli poterunt per Judicem, ut veniant ad testificandum, (p) debent que a parte adduci, vel a Judice citari: 17. alias, si sponte se offerant, præsumuntur suspecti. (q) Nec obstat text. in leg. *Post legatum*, §. *His, quib. ut indig.* ubi denegatur actio pro legatis exigendis, legatariis sponte testificantibus in favorem eorum, qui testamentum de falso accusabant: ergo constat, quod sponte se obtulerunt: nam si invitati testificarentur, non dicerentur indigni, nec ab eis legatum auferretur: nam respondeo, quod ab accusatoribus fuerunt producti, licet postea sponte testimonium protererent, ideoque admisi fuerunt. (r) Pari modo, quando testis se offert, & Judex ei juramentum defert, partibus presentibus, & non contradicentibus, bene admittitur. (s) 18. Quo fit quod testis a parte oblat, & precibus productus idoneus reputatur, & fides sibi adhibetur, (t) 19. nam estis testis pretio corruptur, non tamen precibus. (u) 20. Quinimo pars poterit testem instruere de his, quæ dicitur est. (x)

21. Quæ autem in testibus requirantur, ut fides eis adhibeatur, commemorat lex 3. ff. de *Testib.* l. 8. & 28. tit. 16. Part. 3. & ceterum, quæ in testibus Judex considerare debet, ut eis fides sit adhibenda, tradit eleganter *Joan. Befanius*, (y) & plura congerit *Covarruvias*, (z) & causas, ob quas testis repelli possit, refert *Speculator.* (a) Et qua poena puniri debeant falsi testes, determinat leg. 4. & 7. tit. 17. lib. 8. *Recop.* (b)

(i) Ut firmat gloss. ibi recepta communiter.

(j) Et in hunc sensum text. illum dicit *Imol.* ibi, col. pen. optimam, & *Felin.* n. 43. *Dec.* conf. 101. n. 1. in fin. vol. 1. *Alex.* conf. 93. n. 12. vol. 5. & *Covar.* ubi supr.

(k) *Tit.* de *Test.* §. *Restat.* de *Numer.* *Barrol.* *Tract.* de *Testib.* cap. *De numero Testium.*

(l) Juxta text. cap. *Licet universis* in fin. & in cap. *Licet ex quadam*, de *Testib.*

(m) Ubi supr. n. 8. Et alios plures casus congerit *Felin.* cap. *Veniens* 1. de *Test.* col. pen. *Dec.* in conf. 56. vol. 1. *Juss.* in *Repet.* leg. *Admonendi*, n. 178. ff. de *Jurejur.* & *Duen.* in *Repet.* 84. in fin.

(n) Juxta text. leg. 1. §. 1. ff. de *Test.*

(o) Ut probat text. in leg. 7. tit. 6. lib. 4. *Recop.* & *Ordinatio Lusitanorum*, lib. 2. tit. 42. §. 1.

(p) Juxta text. in leg. *Si quando*, Cod. de *Testib.* & in leg. 6. tit. 6. lib. 4. *Recop.* & in *Ordinatio Lusitanica*, lib. 3. tit. 42. §. 20.

(q) Ut in leg. *Que omnia*, §. 1. ff. de *Procure.* text. in *Auth.* de *Test.* §. *Si vero ignoti*, *Collat.* 7. not. *Bar.* in leg. *Post legatum*, §. *His vero*, ff. de *His, quib. ut indig.* *Panorm.* in cap. *Cum in tua*, num. 2. de *Spons.* *Hypopol.* in *Angul.* 140. & *Alex.* *Staticus* in *Pract.* *Jud.* cap. 16. num. 40.

malibus inferioribus jam obtinuit, quod tantum duodecim testes in qualibet causa recipiantur super quolibet articulo.

16. Qui testes compelli poterunt per Judicem, ut veniant ad testificandum, (p) debent que a parte adduci, vel a Judice citari: 17. alias, si sponte se offerant, præsumuntur suspecti. (q) Nec obstat text. in leg. *Post legatum*, §. *His, quib. ut indig.* ubi denegatur actio pro legatis exigendis, legatariis sponte testificantibus in favorem eorum, qui testamentum de falso accusabant: ergo constat, quod sponte se obtulerunt: nam si invitati testificarentur, non dicerentur indigni, nec ab eis legatum auferretur: nam respondeo, quod ab accusatoribus fuerunt producti, licet postea sponte testimonium protererent, ideoque admisi fuerunt. (r) Pari modo, quando testis se offert, & Judex ei juramentum defert, partibus presentibus, & non contradicentibus, bene admittitur. (s) 18. Quo fit quod testis a parte oblat, & precibus productus idoneus reputatur, & fides sibi adhibetur, (t) 19. nam estis testis pretio corruptur, non tamen precibus. (u) 20. Quinimo pars poterit testem instruere de his, quæ dicitur est. (x)

21. Quæ autem in testibus requirantur, ut fides eis adhibeatur, commemorat lex 3. ff. de *Testib.* l. 8. & 28. tit. 16. Part. 3. & ceterum, quæ in testibus Judex considerare debet, ut eis fides sit adhibenda, tradit eleganter *Joan. Befanius*, (y) & plura congerit *Covarruvias*, (z) & causas, ob quas testis repelli possit, refert *Speculator.* (a) Et qua poena puniri debeant falsi testes, determinat leg. 4. & 7. tit. 17. lib. 8. *Recop.* (b)

(r) Ita illum text. intelligunt *Bar.* ibi, & *Bald.* in *Auth.* *Sed supra jure*, n. 2. Cod. *Si cert. petat.*

(s) Secundum *Felin.* in cap. 2. n. 24. *Extra de Testib.*

(t) Per text. in cap. *Cum in tua*, ubi: *Offeruntur*, de *Spons.* & ibi firmant *Panorm.* n. 2. & *Imol.* cap. 2. de *Test.* num. 9.

(u) Secundum *Panorm.* n. 1. *Fel.* n. 1. & *Dec.* n. 6. in cap. 1. de *Testib.*

(x) Secundum *Bald.* in leg. *Data opera*, n. 47. Cod. de *His qui accus. non poss.* probatur in leg. 8. tit. 6. lib. 4. *Recop.* quam omnino videri.

(y) In *Consuetudinibus Vernicæ* cap. 8. art. 7.

(z) In *Pract.* *Quæst.* cap. 18. & *Simancas* in lib. de *Cathol.* *Instit.* tit. 64. de *Testib.* à n. 3.

(a) *Tit.* de *Test.* §. 1. *vers.* Item quod fuit ob carmen, & *Pet.* de *Prolom.* in *Repet.* leg. *Admonendi*, n. 115. ff. de *Jurejur.* *Nepos* de *Monte Albano* in *Tract.* *Except.* §. *Si qui videre*, pag. 441. qui excusatus extat in *fine Practicæ Manuferi.* *Ferrar.* in *sua Pract.* in Rubr. de *Form. jur. test.* & *Simanc.* ubi supr. cap. 64. de *Test.* & *Did.* *Perez* in *Rubric.* tit. 11. lib. 3. *Ordin.*

(b) Et *Antoon.* *Gom.* in leg. 83. *Taur.* à num. 7. & *Jul. Clar.* lib. 5. *Sentent.* §. *Fallum*, n. 19. quo in loco plura congerit de falso teste.

22. Diximus in dicta sententia interlocutoria, con plazo, y termino de nueve dias, &c. licet enim olim unica tantum dilatio ad probationem in causis pecuniariis daretur: (c) 23. postea tamen inductum fuit, Judicem posse tres dilaciones, & non plures, concedere, per text. in cap. In causis 13. de Testib. ubi dicitur, quod testes ultra tertiam productionem non debent produci, & Glossa exponit, ibi, productionem, id est, dilationem, quasi textus prober tres dilaciones, & non plures, concedi posse: nam finita prima dilacione, Judex, iusta causa allegata, dabit secundam dilacionem, & iterum tertiam: 24. quartam verò non dabit, nisi adhibita juris solemnitate. (d) Et hunc intellectum ad textum dict. cap. In causis sequitur ibi Cardinalis, & eundem assignant Glossa, (e) & iste intellectus approbatur de Jure Regio. (f) Nec obstat text. in leg. fin. ff. de Fertiis: nam responderit, illud olim statutum fuisse; postea vero utilitatis gratia introductum fuit, plures dilaciones posse dari: (g) 25. tamen id non procederet, quando pars renuntiaret productioni testium, pendente prima, vel secunda dilacione, secundum Glossam, (h) & notat Bartolus (i) intelligens, quod hoc esset verum, quando renuntians productioni testium sciret se alios testes habere; 26. secus esset, si hoc ignoraret. (j)

27. De Jure tamen hujus Regni, licet pars renuntiaret productioni testium, posset alios testes producere, ut in leg. 34. tit. 16. Part. 3. 28. Pari modo secunda, & tertia dilatio non esset concedenda, quando pars didiceret testificata in prima, vel secunda dilacione. (k) 29. Hodie verò de Jure hujus Regni tres dilaciones simul dantur sub una, & non successivè, (l) & ita in praxi receptum est, quamvis lex 33. tit. 16. Part. 3. disponat, has dilaciones successivè dandas esse. Et quanta debeat esse unaqueque dilatio, quam Judex ad probandum concedit, dicendum erit, 30.

(c) Juxta text. in leg. Oratione, & leg. fin. ff. de Fertiis, & ibi Bartol. Paul. Alex. not. 1. & Jaff. & Marant. de Ordin. Jud. 6. part. sub tit. de Dilat. n. 2.

(d) De qua in cap. Ultra tertiam 55. de Test. & in Auth. de Testib. §. Quia verò, vers. Si verò deducens, Collat. 7.

(e) In cap. Inducio 2. §. Spatium, verb. Quam semel 3. uast. 3. & gloss. in leg. fin. ff. de Fertiis.

(f) Per text. in leg. fin. tit. 15. & in leg. 33. tit. 16. art. 3. & in leg. 15. tit. 8. lib. 2. Foti. Et juxta hunc intellectum est accipiendus text. in dict. leg. Oratione, & text. in leg. Interdum, ff. de Jud.

(g) Secundum Innocent. & Bald. in dict. cap. In causis.

(h) In dict. cap. In causis. Quam omnes sequuntur ibi, & probatur ejus opinio in cap. De testibus 29. & cap. Constitutus 46. de Test.

(i) In Auth. At qui semel, n. 12. Cod. de Prob.

quod hoc relinquat arbitrio Judicis, habito respectu ad distantiam loci, ad qualitatem personarum, & causæ: quibus consideratis, Judex poterit breviorum, vel longiorum dilacionem concedere. (m) Et quod ad predictas tres causas sit reducendum, an dilatio prorogari, vel coarctari debeat, resolvit Ripa, (n) & predictarum trium causarum exempla ponit Menochius. (o)

In hisce verò Regnis praxis, quæ magis viget, & frequentior est, quod si causa est magna, dantur tres termini inclusi sub prima dilacione, de nueve en nueve dias, &c. & si causa est media, de seis en seis dias, &c. & si causa est minima, como quando hay alguna confesion de parte, y la cantidad no está líquida, ò quando es sobre salarios de Criados, Mozos de Soldada, Aprendices de oficios, alquileres de casaf, y otras cosas de esta calidad; en tales causas se dan los terminos de tres en tres dias, y otras veces se recibe à prueba, con termino de quatro, ò seis dias, con toda carga de publicacion, conclusion, y citacion para sentencia: quod omne arbitrio Judicis relinquuntur. Et hæc eadem praxis observatur in causis criminalibus, gravibus, quando in eis ad instantiam partis proceditur: quando verò in causis criminalibus proceditur ex officio Judicis, vel per denuntiationem, tunc lo mas ordinario es, que los Jueces hacen cargo de su officio à los reos; y con lo que dixeren, desde luego reciben à prueba, con termino de quatro, ò seis dias, como les parece, con toda carga de publicacion, conclusion, y citacion, para sentencia, &c. & ita in causis criminalibus dilatio est arbitraria Judicibus, (p) 31. licet de Jure communi dandæ sint duæ dilaciones accusatori, & reo tres. (q)

32. Quando el termino probatorio fuè concedido sin toda carga, fino que se fueron dando tres terminos, sub prima dilacione de nueve en nueve dias, ò de seis en seis dias, ò de tres en

(j) Et doctrinam Bartol. dicit communem Paul. Cast. in dict. Auth. At qui semel. Aretin. n. 61. & Fel. n. 3. in dict. cap. In causis.

(k) Juxta text. in dict. cap. Ultra tertiam, quod tamen sublimita, ut per Bellam. ibi, n. 8.

(l) Juxta text. in leg. 15. tit. 8. lib. 2. For. & ibi tradit Montalv. in gloss. 1.

(m) Secundum Speculat. tit. de Citation. §. Nunc, de Tempor. in fin. Et habetur in cap. Quoad consuetudinem in fin. de Re jud. & facit text. in leg. 1. ubi Bart. Cod. de Dilat.

(n) In leg. 2. n. 16. ff. de Re jud.

(o) In lib. 2. de Arbitr. cent. 1. cas. 52. à. n. 10.

(p) Ut in leg. 1. Cod. de Dilat.

(q) Juxta text. leg. fin. ff. de Fertiis, & ibi gloss. Magn. & not. Jul. Clar. ubi supr.

en tres dias, tunc elapsi illi tres termini sub prima dilacione concessi, datur secunda dilatio, quæ vulgo quarto plazo dicitur, cum juramento petentis, (r) quod juramentum necessarium erit, si à parte petatur. (s) Et hæc secundam dilacionem Judex suo arbitrio concedit, habito respectu ad distantiam locorum, & ad qualitatem personarum, & causæ, & intra hæc secundam dilacionem, quæ quarto plazo dicitur, petitur prorogatio de quarto plazo, quæ est ultima dilatio, (t) & cum juramento petentis conceditur arbitrio Judicis, habito respectu ad suprascripta: & predicta praxis observatur ferè semper in Tribunalibus Secularibus hujus Regni, & etiam in Tribunali Judicis Metropolitanis residentis in hac Civitate Salmantina; at verò in Tribunalibus Ecclesiasticis non conceditur prorogatio de quarto plazo: (u) y lo mismo se guarda en la Audiencia Escolastica de Salamanca, y con los Jueces Apostolicos de ella 33. Et est advertendum, quod cum hujusmodi termini probatorii sint arbitrarii, poterunt retringi, seu prolongari arbitrio Judicis, retenta qualitate personarum, & causæ, & distantia locorum, ut supra resolvisti.

34. De Jure tamen hujus Regni Judices non poterunt prolongare terminum probatorium ultra octuaginta dies, quando probatio fieri debeat aqueñde los Puertos: 35. vel ultra centum, & viginti dies, quando debeat fieri allende los Puertos: 36. coarctare tamen hos terminos bene poterunt, habito respectu ad distantiam locorum, & ad qualitatem personarum, & causarum: & ita de Jure Judices bene poterunt hos terminos concedere, & non longiores: unde predicti tres termini inclusi sub prima dilacione, & terminus inclusus in secunda dilacione, quæ vulgo quarto plazo dicitur, & prorogatio de quarto plazo non debent excedere terminum octuaginta dierum aqueñde los Puertos, vel terminum centum & viginti dierum allende los Puertos. (x)

37. Aliquando tamen probatio est facienda ultra Mare, vel extra Regnum in aliqua Provincia, & tunc partes petunt terminum ultramarinum: & qualiter concedi debeat de Jure Communi, & in foro Ecclesiastico tradidit Innocentius: (y) de Jure tamen hujus Regni terminus ultramarinus peti, & concedi debet, modo sequenti, scilicet, 38. que se dà termino

(r) Juxta text. in leg. 15. lib. 2. For.

(s) Secundum Felin. in dict. cap. In causis, de Test.

(t) Ut in leg. 1. Cod. de Dilat.

(u) Ut probatur in dict. cap. In causis, & in dict. cap. Ultra tertiam, & ibi Innocent. & Doct. communiter.

(x) Juxta text. in leg. 1. tit. 6. lib. 4. Recop.

de seis meses, dando las partes queño piden informacion, de que tienen los testigos ultra mar, y que se hallaron en el lugar à la sazón, donde el fecho acaesio, y nombrandolos por sus nombres: la qual informacion han de dar dentro de treinta dias: y mas han de jurar, que el dicho termino no se pide de malicia: y han de depositar luego dineros para las costas, que la parte contraria hiciere en ir, ò embiar, à ser presentar, jurar, y conocer los testigos, si no probare en el dicho termino su intencion: el qual termino ultramarino no se puede conceder, si las partes no lo pidieren juntamente con el termino ordinario, y que desde luego corra con el termino ordinario: de suerte, que en tal caso todos los terminos sean de seis meses, y no de mas, y que vayan corriendo uno en pos de otro: y que no se pueda dar otro termino por quarto plazo, ni quinta dilacion, ni con restitucion, ni en otra manera. Y quando la probanza se haya de hacer en las Islas de Canaria, ò en qualquier de ellas; ò en otras, por estar en ellas los testigos, los Jueces podrán añadir, ò menguar el dicho termino, teniendo consideracion à la distancia del lugar, y à la calidad de la causa. (z)

39. Intellige tamen terminum hunc ultramarinum tunc dici, quando factum contigit in his partibus, & probatio ejus fieri debet ultra Mare, vel extra Regnum, quia testes ibi sunt; ceterum quando factum contigit apud Indos, vel ultra mare, tunc terminus peti non debet tanquam ultramarinus, sed potius, tanquam terminus ordinarius de un año, ò dos, segun la distancia: porque quando se ha de probar la cosa, que pasó en las Indias por termino ordinario, se recibe à prueba con un año, y medio para la Nueva España, y para otras partes de las Indias: y con termino de dos años para las otras Provincias del Perú, (a) 40. & si in prima instantia terminus iste petitus non fuerit, in secunda instantia appellationis, vel supplicationis, poterit peti, & erit concedendus: qui terminus ultramarinus erit petendus forma sequenti, ut juvenes infruantur.

PETITIO TERMINI ULTRAMARINI.

Ilustre Señor.

41. „ Pedro, en la causa que trato con „ Geronymo, digo: Que la dicha causa está

M

(y) Receptus communiter ex Fel. ibi in dict. cap. Ultra tertiam.

(z) Hæc omnia procedunt ex dispositione leg. 1. cum duabus sequentibus, tit. 6. lib. 4. Recop.

(a) Ut habetur in Pragm. 42. cap. 15. leg. 29. de Indis.

recibida à prueba con nueve dias por Vmd. è yo tengo algunos testigos, de que pretendo aprovecharme, para probar mi intencion, los quales son F. y F. por haverse hallado presentes en esta Ciudad al tiempo, que el dicho Geronymo se constituyo por pagador de los cien ducados, que me debia el dicho Juan, y haver visto lo que pafio, y al presente estàn fuera de estos Reynos, ultra mar en tales Indias, ò Islas. A Vmd. pido, y suplico, que habida informacion de lo susodicho, me mande conceder, y conceda el termino ultramarino, que el derecho acerca de esto dispone, para que corra con el ordinario, que yo estoy presto de depositar luego los dineros necesarios, para pagar las costas, y expensas, que la parte adversa hiciere en ir, ò en venir adonde estàn los dichos testigos à verlos presentarse, jurar, y conocer, y para pagar la pena, que me fuere puesta, si no probare con los dichos testigos mi intencion, sobre que pido justicia, y el oficio de Vmd. imploro, y pidolo por testimonio, y juro à Dios, y à esta X que no pido de malicia el dicho termino, &c.

42. Presentada la dicha peticion, el dicho señor Juez dixo: que visto que el dicho Pedro pedia el termino ultramarino, para que corriese juntamente con el termino ordinario, y que havia jurado no pedirlo de malicia: que dandole informacion de lo susodicho, y depositando luego dineros para pagar la pena, que le fuere impuesta, y las costas, que el estaba presto de hacer justicia.

43. Luego el dicho Pedro, que pide el termino ultramarino, presenta dos, ò tres testigos, que digan, y depongan por el tenor del dicho pedimento. Esta informacion se ha de dar dentro de treinta dias, como arriba diximos: y dada, el juez pronunciará un auto en la forma siguiente:

44. En Salamanca, à tantos dias de tal mes, y de tal año, el dicho señor Alcalde Mayor, habiendo visto la informacion dada por el dicho Pedro, de como los testigos, que fueron por el nombrados estàn fuera de estos Reynos en tales Indias, que mandaba,

y mandó, que el dicho Pedro depositasse luego tantos maravedis, para pagar las costas de la parte contraria, y la pena, para que, si no probare con los dichos testigos lo por él alegado, pagará los dichos maravedis que depositare; y desde luego, sin otra condenacion, ni informacion dixo, que le condenaba en ellos, &c.

Luego el dicho Pedro hace depósito del dicho dinero, en quien el juez nombrare: y le concede el dicho termino por sentencia, en la forma siguiente:

En Salamanca, à tantos dias de tal mes, y año, el dicho señor Alcalde Mayor, habiendo visto este proceso, dixo: que debía recibir, y recibió el dicho pleyto à prueba, con plazo, y termino de seis meses próximos siguientes, los quales corran, y se cuenten desde hoy dia en adelante, desde el qual dixo, que concedia, y concedió el termino ultramarino, que le fué pedido por parte del dicho Pedro: atento que hizo las diligencias necesarias, que conforme à derecho se deben hacer, y dixo, que denegaba, y denegó otro qualquier termino, que le fuéle pedido, y que se entendian ser todos los terminos ordinarios de la ley, que en este pleyto podrian ser concedidos, y que corriese juntamente con el primero termino: y dixo, que mandaba, y mandó, que ambas las partes gozassen del dicho termino, y fuesen citadas para ver presentar, jurar, y conocer los testigos, que la una parte, te presentare contra la otra, y la otra contra la otra: y así lo pronuncio, y mandó, y firmó de su nombre. Testigos F. y F.

45. Omnibus supradictis adde, quod si probatio recepta fuerit, nullo termino à Judice assignato, bene valet: (b) 46. praefixio tamen termini operatur hunc effectum, quod termino elapso, non possunt amplius testes produci: (c) 47. si verò testes fuerint producti, & jurati in termino, examinari poterunt, elapso termino. (d) Adverte tamen, quòd in casibus, in quibus testes produci, & jurati intra terminum examinari possunt post terminum, illud procedit in termino à Judice assignato; 48. ceterum in termino ab ipso jure statuto non sufficere testes esse productos, & juratos in termino.

(b) Secundum Bart. per text. ibi in leg. In crimine, n. 1. ff. Ad leg. Jul. de Adult. Bart. Bald. & omnes in leg. fin. ff. de Feris. Panorm. n. 17. Dec. & Felin. n. 14. in cap. Licet causam, de Prob. & Marant. de Ordin. Jud. 6. part. de Dilat. in 3. (c) Ut probatur in dict. cap. Licet causam, & in leg. 34. tit. 16. Part. 3. gloss. in leg. si de. Cod. Qui accus. non poss. (d) Secundum Felin. in suo Repertor. verb. Testes. in par-

te testes, si sunt producti, &c. Et plures alios relatos à Did. Perez in leg. 5. tit. 8. lib. 3. Ordin. in gloss. verb. No siendo legitimas las excepciones, &c. verif. Sed tamen in contrarium. Et ita communiter praecipitur secundum Felin. cap. Licet causam, n. 19. in fin. de Prob. Et si ipse ibi, num. 23. oppositum teneat. In quo tamen articulo erit distinguendum, ut per Panorm. in dict. cap. Licet causam, de Prob. quem explicat ibi Dec. n. 3. t. omnino videndus.

termino, sed etiam intra terminum examinandi erunt. (e) 49. Deinde intellige, quòd in illis casibus, in quibus termino elapso, examinari poterunt, examen fieri debet ante publicationem testium. (f) In Luitania verò quot, & quantae dilaciones ad probandum erunt concedendae, disponitur in lib. 3. Ordin. tit. 41. cum suis §§.

50. Diximus in dict. sententia interlocutoria; salvo jure impertinentium, & non admittendorum, quia Juez admittere non debet probationes impertinentes: (g) 51. sed si cum praedicta clausula admiserit, & in futurum apparuerit, quod non debebant admitti, pro non admissis habentur, & sunt nullae ipso jure, & Juez evitabit poenam sibi inflictam à leg. 2. tit. 12. Part. 3. (h) 52. Operatur alium effectum praedicta clausula, nempe, quod licet testis, qui ob suam infamiam, vel alium defectum non debuit examinari, fuit examinatus, faciat indicium ad torturam, (i) tamen, si apposita fuerit praedicta clausula, talis testis inhabilis nullum judicium faciet. (j)

Diximus in dict. sententia interlocutoria: T mandò citar à las partes para ver presentar, jurar, y conocer los testigos, &c. 54. quia, praedicta citatione non praemissa, depositio testium erit nullius momenti: (k) 55. quod tamen fallit, quando testis recipitur super crimine sodomiae: nam tunc propter immanitatem criminis, parte non citata, testimonium testis valet. (l) 56. Fallit etiam, quando ex conventionem partium testis produceretur: nam tunc, etiam parte non citata, ejus depositio valida erit, (m) & quatuordecim casus, in quibus possunt examinari testes absque citatione partis, cumulat Felinus. (n) Praedicta tamen citatio

operatur hunc effectum, quod qualibet pars possit opponere objectiones contra personas, & attestaciones testium sui adversarii, (o) 57. quò fit, quod licet hujusmodi objectiones de Jure Regio opponendae sint intra sex dies post publicatas attestaciones: (p) 58. tamen, si tempore, quo testes producerentur, pars adversaria esset praesens, statim deberet illas obijcere in termino probatorio negotii principalis, ut optimè advertit Joan. Marienzo, (q) quòd sublimitat, nisi vitia, aut repulsa corruptionis testium obijcerentur: 59. ut putà, si adversus testes opponatur, ipsos ab adversario pecunia, vel alia re eis data, corruptos fuisse, ut factum deponeret: nam hujusmodi objectiones post publicationem intra sex dies opponi poterunt, siue obijcens, vel ejus procurator tempore productionis testium praesens, absens ve fuerit: & licet extra praedictum casum pars praesens tempore productionis testium, in termino probatorio non opponeret repulsa adversus testes productos; 60. tamen teneatur contra partem adversam proletrari, suas exceptiones salvas fore, & cum hac protestatione poterit postea, facta publicatione, intra sex dies opponere praedictas objectiones, nam per talem protestationem videtur recedere à suo consensu tacito. (r) 61. Postquam enim Juez protulerit praedictam sententiam interlocutoriam probationis, Tabellio statim illam intimat utrique parti: & tunc unaquaeque pars concipit suos articulos, juxta quos testis examinari debeat, actor scilicet, juxta libellum suae petitionis, dividendo scillatim, clarè, breviter, & distinctè per verba affirmativa, omnia, & singula contenta in suo libello; (s) & ex diverso

(e) Secundum Fel. & plures alios, quos ipse refert in dict. cap. Licet causam, n. 20. Et firmat Did. Perez ubi supra, & hoc exemplificat in specie leg. 2. tit. 6. lib. 4. Recop. (f) Argum. text. in cap. Constitutio, de Test. (g) Ut probat text. in leg. Ad probationem, Cod. de Prob. leg. si defensor, §. fin. ff. de Interrog. act. & in cap. Judicantem 30. quest. ult. ibi: Ad rei veritatem, & text. in cap. Per tuas in fin. de Simul. & firmat gloss. in cap. fin. verb. Absque rationabil. de Confess. in 6. notat gloss. in cap. Dilat. verb. Interlocutori, de Except. & explicat ibi Dec. n. 42. & in cap. In presentia à n. 26. ubi n. 34. in fin. hoc limitat, & Guid. Pap. decif. 347. & Alex. in consil. 166. num. 7. vol. 6. & probat text. in leg. 2. tit. 12. Part. 3. & leg. 174. Styl. & in leg. 4. tit. 6. lib. 4. Recopilat. (h) Secundum gloss. 4. cap. Cum contingat, de Offit. Deleg. firmat Bald. in leg. Momentanea, Cod. Qui legit. post Bart. n. 11. & Jaff. n. 31. in leg. Si duo Patroni, §. Item Julianus, ff. de Jurisjur. Marant. de Ordin. Jud. 6. part. act. n. 23. & probatur in leg. 4. tit. 6. lib. 4. Recop. (i) Secundum Bartol. communiter receptum in leg. Marius, n. 3. ff. de Quest. & Panorm. cap. 1. n. 9. de Confess.

& Anton. Gom. 3. tom. Variar. cap. 12. ff. n. 20. (j) Secundum Bartol. & Docti ubi supra, & Aret. in cap. Testimonium, col. 5. de Test. (k) Juxta text. cap. 2. juncta sua gloss. verb. Audire, Extra de Testib. & ibi Docti, communiter, & in Auth. Sed est quis, Cod. de Testib. & in leg. 23. tit. 16. Part. 3. (l) Secundum Joan. Andr. & Archid. in cap. 1. de Homie. in 6. & Avend. in respons. 31. n. 10. (m) Ut cum communi Doct. resolvit Covar. lib. 2. Variar. cap. 13. n. 5. (n) In dict. cap. 2. de Test. congerit duos Corleus in suis Notab. sub verb. Testis in notab. in loco: alios duos posuit Marfil. in sing. 24. & in Repet. leg. de Unquoq. ff. de Re jud. col. 15. verfic. Sed ultra eam. (o) Ut colligitur ex dict. cap. 2. de Test. & ex Bald. & aliis in leg. si quando, Cod. de Test. (p) Ut probat text. in leg. 1. ut. 8. lib. 4. Recop. (q) In Dialog. Relatoris, 3. part. cap. 45. n. 5. (r) Ut notat Bald. in leg. Si quis testibus, n. 7. Cod. de Testib. per text. cap. Praesentium, ff. de Testib. in 6. (s) Secundum Specul. tit. de Test. §. Nunc videndum, num. 18.

reus concepit suos articulos iuxta libellos suorum exceptionum: 61. nam articulus est pars intentionis continens id, quod quis probare intendit per testes, vel scripturas. (e) Et huiusmodi articuli sermone Hispano, apud nos appellantur interrogatorii de pregnantis: licet de iure communi articuli multum differant ab interrogatoriis. (n) Sunt enim interrogatoria, quae faciunt pars, praesentatis articulis, & testibus contrariae partis, ad effectum veritatis indagandae, & faciendi variare testes in altero ex illis decem praedicamentis congestis à Baldo. (x) Quae interrogatoria, apud nos sermone Hispano appellantur repreguntas. Et ut rectius articuli concipi possint, Advocatus utriusque partis praeculis, & manibus habere debet libellos utriusque partis, ut docet Curtius. (y) Qui articuli modo sequenti pro infractione iuvenum erunt formandi.

FORMA ARTICULORUM EX PARTE actoris.

63. Preguntas por parte de Pedro, vecino de esta Ciudad de Salamanca, en la causa con Geronymo, vecino de la Ciudad de Zamora, sobre, y en razon de cierta deuda, que el dicho Geronymo le debe por Juan, vecino de esta dicha Ciudad, &c.

I. Primeramente, seràn preguntados los testigos por el conocimiento de las partes litigantes, y si conocen al dicho Juan, y tienen noticia de esta causa, &c.

II. Item, si saben, que el dicho Juan debia cien ducados al dicho Pedro, que por el mes de Marzo proximo pasado de este presente año, el dicho Pedro le havia emprestado, y el dicho Juan se obligò de darselos, y pagarlos al dicho Pedro, &c.

III. Item, si saben, que debiendo el dicho Juan los dichos cien ducados al dicho Pedro, el dicho Geronymo vino al dicho Pedro, y le dixo, que los cien ducados, que el dicho Juan le debia, que el los pagaria por el, y que los tomaba à su cargo, y cuenta, y se constitua por su pagador, lo qual todo passò à principio del mes de Mayo proximo pasado de este presente año: di-

(1) Secundum Bald. in leg. Generaliter, §. Sed iuramento, Cod. de reb. cred. n. 3. gloss. & Doct. in cap. 2. de Test. in 6. & Marant. de Ord. Jud. 6. part. act. 4. de Positione, seu articulo productione, n. 1.

(a) Ut colligitur ex gloss. in cap. 2. verb. Interrogatoria, de Testib. in 6.

(x) In leg. Testium, Cod. de Test. secundum gloss. dict. cap. 2. de Testib. in 6. & Marant. dict. 6. part. act. 7. de

gan lo que saben, y declaren, por que tiempo passò lo contenido en esta pregunta, &c.

IV. Item, si saben, que de mas de los dichos cien ducados, que por razon de la dicha promesa, el dicho Geronymo debia al dicho Pedro, le debia otros docientos ducados, por razon de una heredad, que el dicho Pedro le havia vendido, &c.

V. Item, si saben, que quando el dicho Pedro hizo pacto, y conveniencia con el dicho Geronymo, en que le remitiò, y perdonò docientos ducados, fueron los que le debia por razon de la venta de la dicha heredad, y le quedò debiendo los cien ducados de la promesa, y así no se incluye en el dicho pacto, y concierto; y si se incluyeran, los testigos lo supieran, y no pudiera ser menos, por haverle hallado presentes al dicho concierto, &c.

VI. Item, si saben, que el dicho Pedro tiene pagados al dicho Geronymo docientos ducados, que le havia emprestado, y de ellos se ha dado por contento, y pagado, los quales son, los que al presente le pide por via de reconvenção, &c.

VII. Item, si saben, que todo lo susodicho es la verdad, publica voz, y fama, y comun opinion, &c.

Los quales articulos pongo por posiciones al dicho Geronymo: à Vmd. pido le mande que los jure, absuelva, y declare, conforme à la ley, y so la pena de ella, y para ello, &c.

EXPOSITIO HUIUS INTERROGATORII.

64. Diximus, preguntas por parte, &c. Ponitur enim in quolibet interrogatorio caput ejus per praedicta verba, ut Juxta, & Tabetio intelligant interrogatorium illud esse ad instructionem testium super tali re, & causa, & inter quas personas. (z)

65. Diximus in primo articulo: Sean preguntados por el conocimiento de las partes, &c. quia testes debent cognoscere personas litigantium, à quibus, & contra quas producuntur alioquin congrue testificari non poterunt, (a) quod verum intellige, quando factum, super quo

Interrogat. producit.

(y) In Tract. Positionum, n. 25.

(z) Ut colligitur ex text. in cap. 1. junct. gloss. verb. Interrogatoria, de Testib. in 6.

(a) Secundum gloss. in cap. cum causam, verb. De causis, Extra de Testib. & gloss. in cap. 1. verb. Interrogatoria eodem tit. in lib. 6. Panorm. dict. cap. cum causam, num. 16.

quo testis deponere debet, samit effectum ex parte utriusque litigantis; si vero effectum suscipiat ex parte unius, tunc sufficit illum cognoscere, (b) 66. & idem est, quando est testificandum super actione reali; cuius oppositum observandum est, quando super actione personali est testificandum: tunc enim necesse erit, quod utrunque cognoscat. (c) Secundus, & tertius articulus appositi fuerunt; 67. quia ad hoc ut competat actio de constituta, requiritur, ut aliquod debitum precedat, ut resolvisti in 4. Tempore, in libello petitionis actoris. Quartus, & quintus articulus appositi fuerunt, ad excludendam exceptionem rei afferentis, exceptionem pacti de non petendo competere priori debitori, & per consequens actionem de constituta per illud elidi: 68. nam ad hoc ut competat actio de constituta, necesse est, debitum non posse elidi per aliquam exceptionem à Pratore inductam; (d) & in dict. quinto articulo fuit adjecta illa clausula: *Y si se incluyeran, los testigos lo supieran, y no pudiera ser menos, por haverse hallado presentes*, ad denotandum, quod testis deponens de negativa teneretur reddere rationem, etiam non interrogatus, videlicet, quod non potuisset talis actus fieri, quin ipse vidisset, & audivisset, (e) quia quod non est, non cadit in sensu, ideo rationis redditione opus est. (f) Sextus articulus fuit appositus, ad excludendam reconventionem, quam reus allegaverat. Ultimus articulus fuit positus; 69. nam licet fama publica de per se non inducat plenam probationem, sed semiplenam; (g) 70. tamen fama publica cum uno teste, & aliis adimniculis plenam probationem inducit: (h) ad ideo hodie communis observantia habet gene-

raliter capitulare de fama publica in fine articulo. (i)

Diximus in fine interrogatorii: *los quales articulos pongo por posiciones al dicho Geronymo, &c.* 71. Positio enim est praesentionis continens id, super quo quis petit ad adversario responderi, (j) unde positio recipit solam confessionem partis adversae, & fit per verbum *Ponit*, ad effectum ut ponens releveretur ab onere probandi, si pars adversa confiteatur, (k) 72. & differt ab articulo, quia articulus fit per verbum *Probare intendit*, respicitque probationes faciendas per testes, vel scripturas in casu, quo positiones negentur. Quo fit, ut prius positiones fiant, & ad eas producenda detur unus terminus, & deinde detur terminus ad producendos articulos; (h) 73. nihilominus tamen, ut circuitus evitetur, & brevius causa expediatur, jam hodie praxis recipit, quod simul articuli, & positiones concipiantur, ideoque praedicta clausula adjecta fuit in fine interrogatorii ad effectum, quod si pars adversa etiam respondendo aliquid confiteatur, ponens liberetur ab onere probandi illud, (m) 74. quo casu, scilicet, quando pars adversa confitetur aliquid ex eo, quod articulum est, tales articuli succedunt loco positionum; si vero neget, tunc succedunt loco articulo, ut super eis testes examinari possint: (n) positionibus itaque positis ab una parte alteri, Juxta praecipit eadem, quod iuramentum calumnie praestet, & positionibus respondeat, (o) quod iuramentum appellatur *calumniae* in tit. 7. lib. 4. Recopil. quod tamen re vera est de veritate dicenda, ut advertit Didac. Perez: (p) 76. quo circa pars, cui positiones ponuntur, tenetur eis respondere simpliciter, & sine plica, per verbum *nego*, vel *confiteor* talem positionem.

(b) Secundum Joan. Andr. in Addit. ad Speculat. tit. de Test. §. 1. n. 55. in litter. M.

(c) Secundum gloss. in leg. §. 1. verb. Quanta fides, ff. de Testib. & Joan. Andr. sequuntur Panorm. n. 16. & Fel. n. 2. in dict. cap. cum causam, & Jass. in leg. fin. in princ. n. 5. Cod. de Jur. delib.

(d) Juxta text. in leg. Quod si maritus, ff. de Const. pecun. (e) Juxta gloss. in Auth. de Hered. & sal. §. Hinc nobis, verb. Et vidisset, Collat. 1.

(f) Secundum Bald. in leg. 2. Cod. de Rescind. vend. & in istis propriis terminis resolvit Thom. Gram. Decif. Neapol. decif. 73. n. 24.

(g) Secundum gloss. in cap. 1. verb. Fama, Extra de Appel. per text. in cap. Praterea, Extra de Test. & idem firmat gloss. in cap. Veniens 1. de Testib. & gloss. in leg. §. Eiusdem, verb. Confirmit, ff. de Testib. & communiter omnes ex Dec. in dict. cap. 1. n. 11. in fin. Extra de Appel. Tradit Bart. in leg. De minore, §. Plurimum, n. 30. ff. de Quaesl. & ibi Hypopol. num. 27. Soc. in reg. 144. & Felin. in dict. cap. Veniens 1. & approbatur leg. 3. tit. 30. Part. 7.

(h) Secundum gloss. & Doct. communiter in dict. cap. 1. (i) Secundum Panorm. in cap. Inter dilectos, n. 2. de Fide instr. per illum text. ubi postquam fuerant multa allegata, & articulata, in fine capitularum de fama publica.

(j) Secundum Bald. in leg. Generaliter, §. Sed iuramento, Cod. de reb. cred.

(k) Juxta text. in cap. Statimus, de Confes. lib. 6. & tradit Specul. tit. de Positionibus, §. 2.

(l) Secundum Card. in Clem. Sepi, §. Et quia in quae. 6. & 7. de Verb. sign. & Bald. in leg. 2. §. Quod observari, circa finem, Cod. de Furejur. prop. calum. Anad. & probatur ex his quae tradit Speculator in tit. de Teste, §. Nunc videndum, col. 1. & colligitur ex verbis Alex. in leg. Inter stipulantem in princ. ff. de Verb. oblig.

(m) Juxta text. in dict. Clem. Sepi, §. Et quia, & not. gloss. 1. in cap. 1. de Confes. in 6.

(n) Secundum Card. in dict. §. Et quia, & Specul. in Tit. de Test. §. Nunc videndum post principium.

(o) Ut probatur in leg. 1. tit. 6. lib. 4. Recop.

(p) In leg. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. gloss. 4. in fin.

tionem : (q) & est ratio, 76. quia responsio debet esse clara; (r) 77. nec poterit respondere per verbum *credo*, vel *non credo*: (f) & est ratio, quia cum positiones fiant ad certam probationem induendam, quae tamen induci non potest per verbum *credo*, vel *non credo*, 78. quod dubitativum est, nec regulariter probat; (t) ideoque text. in dict. leg. 2. tit. 7. lib. 4. Recop. determinat, positionibus responderi non posse per verbum *credo*, vel *non credo*, per quam leg. 2. in hoc corrigitur lex 1. ejusdem tituli, & libri, disponens positionibus posse responderi per verbum *credo*, vel *non credo*. 79. Rursus positionibus responderi non poterit: *nego narrata*, *prout narrantur*, (u) sed requiritur responsio simplex & clara. (x)

80. Unde si iustus a Iudice positionibus respondere, clare, & sine plica eis non respondeat, pro confesso habebitur, juxt. text. in cap. 2. de *Confes.* lib. 6. & in dict. leg. 1. & 2. tit. 7. lib. 4. Recop. ubi praescribitur forma, qualiter positionibus respondendum sit, & sub qua poena; ideoque in praedicta clausula dictum fuit: *los jure, abfueva, y declare conforme a la ley, y so la pena de ella, &c.* & in foro Ecclesiastico, loco illorum verborum subrogantur verba sequentia: *los jure, y declare conforme a derecho, y so la pena del, &c.* 81. quae tamen poena solummodo locum habet in causis civilibus, non vero in criminalibus, neque ubi de dolo agitur: (y) contra quam tamen fictam confessionem probatio in contrarium admittitur. (z) 83. Nec obstat, quod si probatio in contrarium admitteretur, videretur

poena praedicta de nihilo servire, ac legem illam impositam verbis fuisse: (a) 84. nam respondeo, adhuc praedictam confessionem fictam magis effectus esse, cum ob eam onus probandi, quod incumbat actori positiones ponenti, transferatur in eum, cui positiones ponuntur.

85. Adverte tamen, quod ad hoc ut nomen positionibus respondere, habeatur pro confesso, necesse est, quod ab ipso Iudice personaliter coram Tabellone interrogetur, ut respondeat. (b) 86. Quo fit, talem pro confesso non haberi, si a Notario ex Iudicis commissa interrogetur, & positionibus nolit, vel liti debet, respondere. (c) Et de his positionibus erit videndus Cinus, (d) & Speculator: (e) & Maranta (f) cum pluribus resolvit, diffiniendo crimen esse inter positiones, & articulos: 87. nam qui ponit, censetur fateri illud, quod ponit; (g) 88. qui vero articulos facit, non censetur fateri illud, quod dicit in articulis. (h) Quo fit, quod licet non videatur quis confiteri ea, quae in articulis, vel in interrogatorio continentur; 89. tamen quando interrogatorium, & articuli ponuntur pro positionibus bene videtur ea confiteri. (i) Quocirca Advocatus advertere debet, ne in interrogatorio, vel articulis ponat aliquid, quod ejus parti praedictum: quod verum est, nisi pars adversa positiones neget: nam tunc ex eis juvari non poterit. (j) 90. Quibus positionibus *hodie* interrogatus de *Jure hujus Regni* tenetur respondere statim, abique ulla termini praefixione, & sine consilio sui Advocati: (k) quod tamen limitat Hostiensis (l) in Rustico, vel Idiota, qui quan-

(g) Juxta text. in leg. 2. tit. 7. lib. 4. Recop.
 (r) Ut probat text. in leg. *De elate*, §. *Quod autem*, & ibi Bartol. ff. de *Interrogat. acti*. & Aciat. in leg. 1. §. *Si quis simpliciter*, n. 2. 4. ff. de *Verb. oblig.*
 (f) Juxta text. in dict. leg. 2. tit. 7. lib. 4. Recop.
 (t) Secundum gloss. in leg. *Testium*, verb. *Proffo*, Cod. de *Testib.* & in cap. *Quoties*, Extra de *Testib.* gloss. in leg. 2. §. *idem Labes*, ff. de *Aqua pluv. arc.* Card. in cap. *Sacris*, notab. 6. de *His, que vi*, & Hippol. in leg. *Ex libero*, n. 14. ff. de *Quaest.*
 (u) Ut probat text. in dict. leg. 2. tit. 7. lib. 4. Recop.
 (x) Ut ibi disponitur, & docet Boer. in decil. 134. n. 12. & 13. Aciat. ubi supr. n. 29.
 (y) Secundum Bart. in leg. 1. Cod. de *Pen. qui mal. judic.* (z) Secundum Ang. Paul. Castr. n. 5. in leg. *Si is qui, Cod. Qui testam. fac. poss.* & consentiunt Anton. de Buttr. in cap. *Ex parte*, de *Confes.* Aret. conf. 146. n. 5. & Alex. conf. 145. n. 4. lib. 6.
 (a) Contra text. in leg. *Omne verbum*, Cod. *Comm. deleg.* & in cap. *Commisus*, de *Elect.* in 6.
 (b) Juxta text. in cap. 2. de *Confes.* in 6. ibi: *Interrogatus, nullusque a iudice, &c.* in leg. 2. tit. 7. lib. 4. Recop. ibi: *En presencia del juez.*
 (c) Ut expressè probant praedicta jura, & firmitat gloss. in dict. cap. 2. verb. *Jusius*, & sequitur ibi Anch. col. 2.

quod est memorie tradendum secundum Didac. Perez in leg. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. col. nihil 935.
 (d) In leg. 2. §. *Quod observari*, n. 12. Cod. de *Jurejur. prop. calum.*
 (e) In tit. de *Positionib.* & gloss. 1. cap. 1. de *Confes.* in 6. Lanfranc. de Oriano, & Curt. in *Tract. de Positionib.*
 (f) De Ord. *Judic.* 6. part. 4. act. de *Positione*, seu articulo, n. 6.
 (g) Ut firmitat gloss. in dict. cap. 1. de *Confes.* in 6. Alex. in conf. 71. col. 1. vol. 3.
 (h) Ut notat Panorm. in cap. *Cum venerabilis*, de *Except.* Joan. Andr. in cap. fin. de *Jurejur.* in 6. Ant. de Buttr. & Doct. in cap. fin. de *Confes.* Bart. in dict. leg. 2. §. *Quod observari*, & Alex. in conf. 70. col. pen. verific. *Praxia*, vol. 2.
 (i) Secundum Bart. in leg. *Ubiunque*, n. 1. ff. de *Interrog. actio.* & Anton. Gom. 3. tom. Variar. cap. 12. n. 14.
 (j) Argum. text. in cap. *Ex eo*, de *Reg. jur.* lib. 6. & in cap. *Cum olim*, de *Confes.* gloss. in cap. *Cum venissent*, de *Es, qui mittit*. Bart. in leg. *Post legatum*, n. 2. ff. de *His, quib. ut indig.* & Alex. conf. 92. n. 5.
 (k) Ut disponitur in dict. leg. 2. tit. 7. lib. 4. Recop. (l) In cap. *Dilecti*, de *Jud.* quem refert, & sequitur Socin. in *Repet.* leg. 1. col. 4. ff. de *Vulgar.* & Marant. de *Ordin. Judicior.* 6. part. dict. act. 4. n. 16.

do examinatur, in suo examine poterit interesse ejus Advocatus, vel Procurator, ne ob ejus simplicitatem decipiatur, quod aequum est: & adde, quod licet Maranta (m) firmet, 91. quod fit principalis cum juramento respondendo positionibus, falsum deponat, de *perjurio* puniendus non erit, sed solum Deum habebit ultorem; 92. tamen de *Jure hujus Regni* per dict. leg. 2. tit. 7. lib. 4. Recop. si taliter positionibus respondens, de *perjurio* ex actis ipsius processus aperte convictus fuerit, ita quod appareat, scienter falsum dixisse, ultra alias poenas erit puniendus, si fuerit actor, in amissione causae, si vero fuerit reus, quod pro confesso habeatur. Et quis ordo servetur in articulis, & positionibus faciendis in Lusitania, vide *Ordin. Lusitanorum*, lib. 3. tit. 40. cum suis §§.

Porrecto interrogatorio articulo, Iudex illud recipit, dicendo: *que se admita, y ponga en el proceso, salvo jure impertinentium, & non admittendorum*, &c. praecipitque per illud testes examinari: 93. nam ad hunc effectum articuli dantur, ut per eos testes examinentur. (n)

94. Et adverte, quod licet de jure copia articulo, quos nos sermone Hispano appellamus *Interrogatorio de preguntas*, dari debeat parti adversae, ad effectum presentandae interrogatoria contra testes partis adversae, ad veritatem indagandam, & ad faciendos illos variare: (o) 95. non vero copia interrogatorio, quae nos sermone vernaculo dicimus *Repreguntas*: (p) 96. tamen haece Regnis apud Tribunalia Secularia jam *Praxia* obtinuit, quod nec copia articulo, idest, *del interrogatorio de preguntas*, nec copia interrogatorio, idest, *de repreguntas* danda sit parti adversae. In quo articulo consulen-

do erit stylus cuiuslibet Tribunalis: Salmantica enim apud Judicia Secularia nullatenus copia articulo, idest, *del interrogatorio de preguntas* parti adversae datur. In foro tamen Ecclesiastico Episcopo Salmantini copia articulo parti adversae exhibetur in causis beneficialibus, juris patronatus, matrimonialibus, decimalibus, & criminalibus, in aliis vero de stylo non datur. In Tribunali autem Judicis Metropolitanani in Civitate Salmantina residentis, indistincte in omnibus causis copia articulo parti adversae datur. Ceterum copia interrogatorio, idest, *de repreguntas* in nullo Tribunali conceditur, quod de jure procedit. (q)

Deinde utaqueque pars suos testes producat: 97. nam ad hoc ut testis idoneus reputetur, & fides ei adhibeatur, requiritur, quod a parte sit productus in causis civilibus, & in criminalibus agitatis ad instantiam partis: vel quod a Iudice sit citatus in causis, in quibus ex officio procedit: quinimo precibus partis testis produci poterit: (r) poterit etiam pars testem instruere de iis, quae dicitur est. (s)

Adverte, quod in causis etiam civilibus 98. testes coram ipso Iudice produci debent, & coram eodem jurare, & ab eodem examinari: (t) 99. & est ratio, quia probatio fieri debet *Judicis*, & non Notario, juxta text. in leg. *Quinquaginta*, ff. de *Probat.* & ita pro regula ponit Baldus, (u) & late prosequitur Felinus, (x) Covarruvias, (y) & Menochius, (z) qui praedictam regulam limitant, 100. nisi Iudex expresse hanc facultatem committat Notario causa, interveniente aliqua iusta, & speciali causa: (a) & regulariter haec commissio fit ex generali impedimento multitudinis negotiorum, (b) & ita in *Praxi* quotidie observatur, quod pars producens testes coram

(m) Ubi supr. n. 17.
 (n) Secundum gloss. 1. in *Clem. 1. de Offic. Deleg.*
 (o) Ut probat Panorm. in cap. *Per tuas*, col. fin. de *Test.* & Bald. in leg. 2. Cod. *Ut lit. pend.* per text. & ibi gloss. verb. *Interrogatoria* in cap. 2. de *Testib.* lib. 6. & tradit Marant. in dict. act. 4. n. 19.
 (p) Secundum Innocent. & Panorm. n. 2. in cap. *Per tuas*, Extra de *Test.* gloss. in cap. 2. verb. *Interrogatoria*, de *Testib.* in 6. Alex. in leg. 2. Cod. de *Edend. Juss.* in leg. 1. §. *Edenda*, num. 9. ff. de *Edend. Marant.* in dict. act. 4. n. 21. & in act. 7. n. 3. Duen. in reg. 5. n. 5.
 (q) Per text. & gloss. in cap. 2. verb. *Interrogatoria*, de *Testib.* in 6. & tradunt Innoc. & Panorm. in dict. cap. *Per tuas*.
 (r) Juxta text. in cap. *Cum in tua*, ibi: *Offeruntur*, de *Sponsal.* & ibi Panorm. n. 2. Imol. Panorm. Felin. & Dec. in cap. 1. Extra de *Test.*
 (s) Secundum Bald. in dict. leg. *Data opera*, n. 47. Cod. de *His qui accus. non poss.* & in leg. 8. tit. 6. lib. 4. Recop.

Et nos etiam in isto Tempore in expositione sententiae interlocutoriae, in verb. *Recibus a prueba*, &c. latius resolvimus.
 (t) Juxta text. in leg. 3. §. *Idem dicitur*, ff. de *Testib.* & in leg. *Sola*, juncta gloss. Cod. de *Testib.* gloss. in leg. *Subemus* 1. Cod. de *Liber. caus.* gloss. in leg. *Hac consilissima*, §. fin. verb. *Depositiones*, Cod. *Qui test.* *fac. poss.* & gloss. in leg. *Curent*, ff. de *Testib.*
 (u) In cap. *Si qui testium* in princ. Extra de *Testib.*
 (x) In cap. *Cum causam*, n. 26. de *Testib.*
 (y) Lib. 2. Variar. cap. 13. n. 10.
 (z) In *Tract.* de Recup. poss. remed. 15. quest. 26. numer. 344. & in conf. 100. n. 43.
 (a) Ut probatur in dict. cap. *Si qui testium*, & in cap. 2. de *Jud. lib. 6.* & in leg. *Ad egregias*, ff. de *Jurejur.* & in leg. 22. tit. 11. Part. 3.
 (b) Secundum Salic. in Auth. *Apud eloquentissimum*, Cod. de *Fid. instrum.* & Felin. dict. cap. *Cum causam*, n. 28. Covarr. & Menoch. ubi supr.

Judice petit, eorum juramentum, receptionem, & examen Tabellioni committi, quam commissionem Judex facit, & de ea in processu constare debet; 101. alioquin nullitas actus induceretur, ut docet Menochius: (c) limitant etiam prædictam regulam, quando testes essent in loco remoto à loco iudicii: 102. nam tunc Judex hanc commissionem faceret Judici illius loci, vel si iusto impedimento testes detinerentur, ita quod ad Judicem venire non possent. (d)

103. Pari modo, si probatio per instrumenta fieri debeat, producenda erunt coram Judice, nec sufficiet coram Notario, (e) quinimo, si instrumenta fuerint producta ante litem contestatam, postmodum debent reproduci in isto tempore coram eodem Judice. (f)

Postmodum testes jurare debent; 104. alioquin eorum depositio non valebit, (g) nisi à partibus juramentum remittatur testibus, vel nisi Matriona aliqua super inspectione ventris deponat: nam tunc de veritate non jurat, quamvis de credulitate jurare debeat, (h) text. tamen leg. 23. tit. 16. Part. 3. non requirit juramentum à Matriona deponente de credulitate, quamvis Gregorius Lupus (i) ad hoc non advertat. Quinimo satis non erit, si testis prius deponat, & deinde juret: 105. nam necesse est, quod juramentum præcedat: (j) quod tamen intellige verum, 106. nisi testis in contenti, absque ullo intervallo post depositionem juramentum præstet, (k) 107. quod juramentum testis præstare non poterit per procuratorem. (l) Et formam juramenti præstandi à teste præscribitur à text. in Auth. Sed Judex juncta gloss. fin. ibi, & juncta leg. Presbyteri, Cod. de Episc. & Cleric. & ibi ponit expressè Baldus, num. 4. & de Jure Regio ponitur in leg. 24. tit. 16. Part. 3. scilicet: *Que poniendo su mano derecha sobre una señal de Cruz, y a jurar à Dios, y à aquella Cruz, y à Sancta Maria, y à los Sanctos,*

(c) In dict. conf. 100.

(d) Juxta text. in leg. Judices, Cod. de Fide instrum. & in dict. cap. cum causam, & ibi Felin. n. 27. & 31. Menoch. in dict. remed. 15. quest. 261. n. 346.

(e) Juxta text. in leg. Adoptio, ff. de Adopt. & in cap. Accepimus, cap. Conzigris, & ibi gloss. & Felin. de Fide instrum. & late Felin. in cap. Quoniam contra, n. 39. de Probat. & Covarr. lib. 1. Variar. cap. 1. n. 5.

(f) Secundum Felin. cap. 1. n. 28. de Prob. & Covarr. dict. lib. 1. cap. 1. n. 5.

(g) Juxta text. in leg. Jusjurandi, & in leg. Si quando, Cod. de Testib. & in cap. De testibus, & in cap. Fraternitatis, & in cap. Quis questionibus, Extra de Testib. & in dict. leg. 23. tit. 16. Part. 3. Specul. in tit. de Teste, §. Sequitur, n. 1. Jass. in leg. Admonendi, n. 216. de Jurejur.

y à las palabras de los Sanctos Evangelios, que dirà verdad de lo que supiere en razon de aquel pleyto, en que es presentado por testigo, asì por la una parte, como por la otra: y que no mezclarà falsedad, ni por amor, ni odio, ni miedo, ni cosa que le sea dada, ni prometida: y que ni por daño, ni provecho, que entienda le ha de venir, no dexarà de decir verdad, ni la encubrirà: y que todo lo que supiere de aquel pleyto lo dirà, aunque no sea preguntado de ello.

Et hoc ultimum dicit Gregorius Lupus (m) optimam præcticam esse, ad quam non solent advertere Judices, quando sumunt juramentum à testibus: nam per eam non poterit obijci testis, quod deposuit extra articulum, super quo non fuit interrogatus, nec juratus: ac ideo tunc Judex ad istam præcticam advertet, & fac, quod testis juret, quod dicit omne id, quod de illo negotio scit, quamvis de eo non interrogetur: & isto juramento præstito à testibus ipsi respondere debent, *QUE ASSI LO JURAN,* & tunc Judex iterum eis dicit: *SI ASSI LO HICIEBREDAS, DIOS OS AYUDE, Y SI NO, EL OS LO DEMANDE MAL, Y GARAMEN-TE:* & testes respondent: *AMEN,* & ferè eandem formam refert Simancas. (n) Et in hac re velim Judices admonitos esse, ut per seipos, & non per Tabellionem hoc juramentum testibus deferant, illos admonendo, quod veritatem eiant.

Postea testes erunt examinandi intra terminum probatorius à Judice præfixum, de quo

(b) Secundum gloss. leg. Jusjurandi, Cod. de Testib. & in leg. 1. ff. de Fent. in p. & ibi communiter omnes.

(c) Ibi in gloss. 4.

(d) Secundum Panorm. n. 8. & Doct. in dict. cap. de Testibus, & Boerium in deci. 259. & probatur in leg. 3. & 23. tit. 16. Part. 3. & tradit Ayvend. in respons. 1. n. 12. post Covarr. lib. 2. Variar. cap. 13. n. 2.

(e) Secundum Balde. in leg. Jusjurandi, Cod. de Testib. & Tiraq. de Retract. §. 1. gloss. 1. n. 8.

(f) Juxta text. in cap. Licet ex quadam, verb. Proprio, Extra de Testib. & ibi Felin. col. 2. testatur hanc esse communem opinionem.

(g) Ibi in gloss. 4.

(h) De Inlit. Cathol. tit. 64. n. 8.

quo jam supra in isto Tempore diximus. 108. Qui testes secretè, & sigillatim sunt examinandi; ita quod unus non sciat, quid alter dicat, nec ipsa pars intelligat: (o) & si in primo termino continent tres dilationes testes non fuerint jurati, & examinari, peti poterit cum juramento secunda dilatio, quæ quarto plazo dicitur, quam Judex suo arbitrio assignabit: 109. & si eam absque causa deneget, pars poterit appellare. (p) 110. Poterit deinde peti prorogatio quarti plazi cum juramento, dummodo petatur, antea quam finiatur terminus ille; 111. alias non esset prorogatio: (q) quæ tamen prorogatio in foro Ecclesiastico non datur, ut supra resolvimus. 112. Et elapsis terminis probatorius, amplius non poterunt testes produci: nam hunc effectum operatur præfixio termini. (r)

113. Cæterum si aliqua pars ex litigantibus fuerit Minor viginquingue annis, vel alia persona, cui de jure competat beneficium restitutionis in integrum adversus omisam probationem, & lapsum termini probatorius, restitutio erit petenda, sibi que concedenda, & à Judice assignabitur alius terminus probatorius; (s) 114. Minor tamen non erit restituendus adversus omisam allegationem, vel probationem contra reum criminaliter accusatum. (t) Rursus erit limitanda in rebus objectis contra testes, vel eorum dicta: nam adversus terminum elapsam, intra quem sunt opponenda, nec adversus omis-

am probationem restitutio non conceditur, ut resolvimus infra. (u) 115. Pari modo erit limitanda in Minore Jurisperito, cui restitutio denegatur adversus omisam allegationem, & probationem. (x) Insuper erit limitanda, quando pateretur restitutio post publicatas attestaciones ad probandam aliquam exceptionem dilatoriam, vel declinatoriam: nam tunc deneganda erit. (y) De Jure Regio terminus iste probatorius per viam restitutionis concedendus, excedere non debet dimidietatem termini probatorius in causa principali assignati: 116. & in sententia, in qua restitutio conceditur, erit deneganda alia restitutio petenti. 117. (z) (* Et censetur denegata in illa prima instantia; tamen in secunda instantia iterum poterit peti, & concedi, etsi in prima instantia fuerit semel concessa. (a) Adverte etiam, quod adversarius Major poterit uti termino probatorio concessio Minori ad probationem faciendam. (b) Et quia frequenter casus iste in causis occurrit, ut Juvenes instruantur, peritio restitutionis, & ejus concessio erit formanda modo sequenti.

PETITIO RESTITUTIONIS ADVERSUS omisam probationem.

„ Fulano, Curador ad litem de F. mi Me-
„ nor, digo: Que por negligencia, y des-
„ cuido de sus Padres, y Procuradores se le
„ ha

(o) Ita probat text. cap. Venerabili, de Test. cap. Inquisitionis, §. 1. de Accus. leg. Nullum, Cod. de Test. docet Specul. in tit. de Teste, §. Nunc tractandum in princ. gloss. in cap. 2. de Test. verb. Audire, & Rojas in singul. 188. & examinator observare debet omnia tradita ab Speculatore in dict. §. Nunc tractandum.

(p) Juxta text. in cap. Significaverunt, de Testib. & gloss. in cap. In causis eod. tit. receptam communiter à Panorm. ibi.

(q) Ut in leg. Sed est manente, ff. de Precar. & in leg. Bonorum, & ibi Bartol. ff. Rem rat. hab. Panorm. in cap. De causis, n. 7. de Offic. Deleg. & Didac. Perez in leg. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. gloss. 1. ver. Ultimus.

(r) Ut in cap. Licet causam, de Probat. & leg. 34. tit. 16. Part. 3. & firmat gloss. 1. in leg. Si ea, Cod. Qui accus. non poss. & nos resolvimus supra in isto Tempore, in expositione sententiae interlocutorie in fine secundi articuli.

(s) Juxta text. & ibi Panorm. in cap. Auditus, de In integr. restitutio, & probat text. in leg. Minor 25. annis, ff. de Minor. & leg. 3. tit. 19. Part. 6. Bart. notat in leg. Nam postea, §. Si minor, ff. de Jurejur. Jass. in leg. 1. §. Novatio, ff. de Oper. nov. murt. Felin. in cap. Fraternitatis, n. 6. verifico Tertio in quantum, de Testib.

(t) Secundum Alex. in leg. 1. §. Nontatio, n. 34. & ibi Jass. n. 10. ver. Secundo, ff. de Nov. oper. murt. & Anton. Gom. 3. tom. Variar. cap. 1. n. 7. post gloss. penult. in Clem. Non potest, ff. de Pracur. in fin. juxta quam doctrinam est limitanda iupradicta resolutio, & Regia lex 3. tit. 8. lib. 4. Recop.

(u) Ista prima parte Tempore §. n. 8. & probat lex 1. tit. 8. lib. 4. Recop. & resolvit Aceved. in leg. 3. tit. 3. lib. 4. Recop. n. 32.

(x) Secundum gloss. quam ibi leg. dicens eam singularem Joan. de Plat. & unicum, & singularem reputat Anton. Gomez in 2. tom. Variar. cap. 14. n. 5. ver. Decimo in fin. & ordinariam appellat, plures eam sequentes referendo D. Franc. à Sarmiento lib. 3. Selectarum, cap. 12. n. 1. Ubi ipse contrariam opinionem optimis fundamentis nititur defendere per totum illud caput: gloss. inquam, est in leg. Professio, Cod. de Muner. patrino, lib. 10. Et illius gloss. quam plures sequaces referunt, & sequitur Roland. à Valle in Tract. de Confect. inventarii, 2. part. quest. 6. & Avik. in cap. Pratorum, cap. 33. gloss. in verb. A minus casta, n. 4.

(y) Secundum Innoc. in cap. Covarr. de In integr. restit. & plures alios, quos refert Covarr. in Pract. Quest. cap. 2. §. n. 4. ver. Quinto, & Alex. leg. 1. §. Novatio, n. 33. ff. de Oper. nov. murt. Et tradit Marant. 6. part. Tit. de Appell. in secund. actu principali, n. 83.

(z) Juxta text. in leg. 3. tit. 8. lib. 4. Recop.

(a) Ut colligitur ex leg. 5. tit. 9. lib. 4. Recop. & ibi tenet Aceved. n. 4. & semel vidi fiti iudicatum in Audientia Gallicia.

(b) Juxta prædictam leg. Regiam, quæ opinio comprobatur ex text. in leg. pen. Cod. de Temp. in integr. restit. per. & ibi not. Bart. Bald. & Paul. & tenet Anton. Gomez in dict. 2. Tom. cap. 14. n. 5. ver. Decimo inferat in fin.

ha pasado el termino probatorio, que fue concedido en la causa, que trata con F. y ha dexado de alegar, y probar, lo que a su Decho le convenia: y por ser Menor de veinte y cinco años, como por su aspecto parece, y en lo sudicho haver sido enorme, mente leso, y damnificado, de derecho le compete el beneficio de la restitucion *in integrum adversus omisiam allegationem*, & *probationem*. Por ende a Vmd. pido le mande, de conceder, y conceda la dicha restitucion *in integrum adversus omisiam probationem*, & *lapsum termini*, sobre que pido justicia, y costas, y el oficio de Vmd. imploro, y juro a Dios, y a esta X. en anima de mi Menor, y la mia, que esta restitucion no pido de malicia, &c.

EXPOSITIO SUPRADICTÆ PETITIONIS.

118. Diximus: *Fulano, Curador ad litem*, &c. ad denotandum, quod Minori non datur, procurator, sed curator. (c)

119. Diximus: *por negligencia, y descuido de sus factores*, &c. ad denotandum, quod propter hanc causam Minor restituitur. (d)

120. Diximus: *enormemente leso*, &c. ad denotandum, quod pro modica lesione non conceditur restitutio. (e)

121. Diximus: *le compete el beneficio*, &c. ad denotandum, quod restitutio minori conceditur de *jure speciali*, non vero de *jure ordinario*. (f)

122. Diximus, y el oficio de Vmd. &c. ad denotandum, quod restitutio officio Judicis nobili conceditur. (g)

Et oblata prædicta petitione restitutionis, tunc summarie probatur, petentem restitutionem Minorem esse viginti quinque annis, nec probatio læsionis ad hanc restitutionem concedendam requiritur, 113. quia eo ipso Mi-

nor censetur læsus per ipsum actum omissionis, quo casu Minor restituitur absque probatione læsionis: (h) 124. licet enim ad concedendam restitutionem in integrum probari debeat, petentem minorem, & læsum esse ex tali actus: (i) 125. tamen ubicunque minor facit actum, ex quo nulla utilitas sibi provenit, sed potuit sibi damnum inferri, eo ipso censetur læsus, & danda erit sibi restitutio, absque eo quod læsionem probet. (j) Unde cum ex solo actu omissionis, allegationis, & probationis, Minor censetur læsus, cum ex eo nulla utilitas sibi proveniat, sed damnum possit inferri, nimirum si restitutio sit ei danda absque probatione læsionis, secundum Berouium, (k) Rebutsum, (l) & plures alios: (m) et si ipse (n) contrarium dicat verius, & receptius esse, cujus tamen resolutionem arbitror veram esse, quando actus ex sui natura læsionem non includeret: tunc enim probatio læsionis necessaria esset, secundum supradictos Doctores. (o)

126. Et hæc restitutio peti debet de *jure Regio*, elapso termino probatorio in causa principali concessa, vel facta publicatione testium intra quindecim dies; alioquin si restitutio petatur, post quindecim dies connumerandos a die publicationis, deneganda erit. (p) Et quam poenam incurrit Minor petens restitutionem post publicationem ad probandam novam exceptionem in prima instantia, si eam non probaverit, determinat lex fin. tit. 5. lib. 4. Recopil. & interrogatorio ad probandam minorem ætatem modo sequenti formatur.

INTERROGATORIO SOBRE el Articulo de la restitucion.

127. Preguntas por parte de Fulano, en la causa, que trata con Fulano, sobre el articulo de la restitucion.

,, Pri-

(c) Ut in §. *Inviti*, Infit. de *curat.* & in leg. 2. Cod. de *lit. dand. tutor. vel curat.*

(d) Ut in leg. *Minor 25. annis*, ff. de *Minor.* & in leg. 3. tit. 19. Part. 6. Bartol. in leg. *Nam*, & postea, §. *Quod si minor*, ff. de *Minor.* & Jass. in leg. 1. §. *Nuxiatii*, ff. de *Nov. oper. nunt.*

(e) Ut notat gloss. communiter approbata in cap. 1. de *In integ. restit.*

(f) Ut probatur in leg. *In cause II.* in princ. ff. de *Minor.*

(g) Ut probat text. in cap. 2. de *Offic. jud.*

(h) Ut probat text. in leg. *Si minor 34.* §. 1. ff. de *Minor.* & tradit Panorm. in cap. *Auditis*, n. 7. de *In integ. restit.* & Aug. Berouius in cap. 1. n. 6. eodem tit. & Rod. Suarez in alleg. 20. n. 8.

(i) Juxta text. in leg. *Quodsi minor*, §. *Non semper*, & in leg. *Aut Prator*, §. *Non Julum 1.* ver. *Mibi autem*, & in leg. *Non omnia*, ff. de *Minor.* & in leg. *Nam postea*, §. *Si minor*, ff. de *Jurejur.* & in leg. *Minoribus 1.* Cod. de *In in-*

tegr. restit. & in leg. 1. 2. & 6. tit. fin. Part. 6. & utrobique Doct. notant. & Anton. Gomez 2. tom. Variar. cap. 1. 4. n. 5. verfic. *Quæro tamen*.

(j) Ita probat text. in leg. *Interdum 19.* ibi: *Hoc enim ipso*, ff. de *Minor.* & text. sic intelligendus secundum gloss. ibi in dist. leg. *Si minor*, §. 1. & in leg. *Si quis patrem*, verfic. *Proinde*, ff. *Ad Maced.* text. sic intelligendus in leg. 1. Cod. de *In integ. restit.* secundum Panorm. Berouium, & Rod. Suarez ubi supr. & D. Franc. à Sarmient. lib. 3. Select. cap. 13. n. 2.

(k) Ubi supr. Aufrer. in *Addit. decif. ad Capell. Tolos.* decif. 53. n. 4.

(l) 1. tom. *Tract. de Restit.* art. 1. gloss. 3. n. 16.

(m) Quos refert decif. *Pedemont.* 158. n. 5.

(n) Ibi n. 13.

(o) Et *Capitium decif.* 109. n. 8.

(p) Juxta text. in leg. 3. tit. 2. lib. 4. *Recop.*

Probationis, & testium producendorum.

I. Primeramente sean preguntados los testigos por el conocimiento de las partes litigantes, y si tienen noticia de esta causa, &c.

II. Item, si saben, que el dicho Fulano, no, antes, y al tiempo, que se concedió el termino probatorio, en la causa que trata con el dicho Fulano, y al presente era, y es Menor de veinte y cinco años, y tal por su aspecto parece. Digan, y declaren los testigos, lo que saben, &c.

III. Item, si saben, que lo sudicho es la verdad, y de ello es fama publica, y comun opinion, &c.

Los quales articulos pongo por posiciones a la parte adversa. Pido, que los jure, y declare conforme a la ley, y lo la pena de ella, y para ello, &c.

128. Et si pars adversa has posiciones negaverit, duo testes erunt producendi, & examinandi ex parte petentis restitutionem super prædictis articulis: & qualiter sit atrox probata docet Bartolus. (q) Et tunc Judex profert sententiam restitutionis per viam actus forma sequenti.

SENTENTIA RESTITUTIONIS.

129. En Salamanca a 20. dias del mes de Julio de 1581. años, ante mi el presente Escrivano, y testigos de yuso escritos, el dicho Señor Alcalde Mayor dixo: que debia conceder, y concedió la restitucion pedida por parte del dicho Fulano Menor, con plazo, y termino de tantos dias comunes a ambas las partes, para que alegue, y pruebe lo que le convenga, con denegacion de otro termino; y que si dentro del dicho termino no probare, que incurra en pena de seis mil maravedis: la mitad para la Camara de S.M. y la otra mitad para gastos de Justicia: y lo firmò de su nombre: testigos Fulano, y Fulano.

Que sententia restitutionis procedit ex dispositione leg. 3. tit. 8. lib. 4. *Recopil.* Et transacto isto termino probatorio, in prædicta restitutione concedo, vel elapsis terminis probatoriis, quando restitutio non fuit petita, explicisque omnibus, quæ ad probationem jurium partium spectant, & sunt necessaria, Judex poterit interrogare partes, an aliquid

amplius veint facere, & acitare: & si aliqua ex partibus dixerit, se velle aliquos actus facere, tunc Judex advertat, an sint elapsa omnia tempora probatoria: & si elapsa fuerint, videat an illa, quæ dixit pars velle facere, sint talia, quæ extra terminum probatorium fieri possint, veluti si per *inspectionem oculorum* Judicis velit paria aliquid probare de sua intentione, quia talis probatio nunquam censetur exclusã, & superat omnem speciem probationis: (r) sunt alia plura, quæ fieri possunt extra terminum probatorium, quæ congerit Maranta: (s) & tunc Judex assignabit aliam dilationem ad illum actum expediendum cum comminatione, quòd, illa dilacione transacta, amplius non auderit, quia Judex tenetur curare, ut quam citius fieri possit causa expediatur; (t) hanc tamen interrogationem, & diligentiam Judex aliquando facit, elapsis terminis probatoriis, aliquando vero post publicationem testium factam: & si ante publicationem exhibuerit, vel ea non exhibita transacti fuerint termini probatorii, tunc aliqua ex partibus litigantibus comparet coram Judice, petendo quod publicationem testium faciat; ac ideo pauca de publicatione testium annotanda erunt.

DE PUBLICATIONE TESTIUM, & probationum, faciendã.

Elapsis itaque terminis probatoriis, publicatione testium, & probationum fieri debet ad petitionem unius ex litigantibus: 130. quæ petitorio ex mandato Judicis intimatur parti adversæ, & præcipitur ei, ut ad primam audientiam veniat, ad videndum publicationem testium fieri, vel ad allegandum, quare fieri non debeat publicatio: quæ citatio de jure præcedere debet. (u) 131. Ad quam publicationem unica tantum citatio sufficit, nec requiritur trina, vel pretemporia: (x) 132. & si in termino citationis pars citata non comparuerit, altera pars publicationem petens, debet inculcare contumaciam parti citatæ: (y) & tunc Judex jubet, publicationem testium fieri per sententiam interlocutoriam, pronuntiando, depositiones testium esse publicatas, & apertas, & quod ipse eas pro publicatis habet, præcipitque copiam attestatorum partibus litigantibus exhiberi, ut dispu-

N 2 tent,

(q) In leg. *De etate*, ff. de *Minor.*

(r) Secundum Azonem in *Sum. Cod. de Leg. Aquil.* & Bald. in leg. *Contra negationem*, n. 7. Cod. de *Leg. Aquil.*

(s) De *Ordin. Judic.* 6. part. act. 15. à n. 2.

(t) Ut in leg. *Properandum* in princ. Cod. de *Judic.* cap. *Finem litibus*, de *Dol. & contum.*

(u) Juxta text. in leg. *Gesta*, cum ibi notatis, Cod. de *Re judic.* & in cap. *Constituti*, de *Offic. Deleg.* & in leg. 37. tit. 16. Part. 3. & ibi Greg. Lup. in gloss. 1.

(x) Ut cum Joan. Andr. resolvit Greg. Lup. ubi supr.

(y) Per text. ubi notat Bald. in leg. *Properandum*, §. *si liquidum*, Cod. de *Judic.*

tenet, & allegent super eis intra terminum, lex dicitur, ut disponit lex 1. tit. 8. lib. 4. Recop. Et forma hujus publicationis faciendæ de *Jure Communi* traditur à Bartolo; (z) de *Jure* autem *hujus Regni*, & de *Stylo* fit forma sequenti.

FORMA PUBLICATIONIS TESTIUM.

133. „Y despues de lo susodicho en la dicha Ciudad de Salamanca, à tantos dias de tal mes, y de tal año, ante el dicho Señor Alcalde Mayor, y en presencia de mi el dicho Escribano, y testigos de yuso escritos, pareció, presente el dicho Pedro, y dixo: que la parte contraria havia llevado termino, para venir diciendo contra la publicación de testigos por el pedida, y por que no debia ser fecha: el qual no havia dicho cosa alguna contra ella, y le acusaba la rebeldia, y pedía, y pidió à su Merced mandarle hacer la dicha publicación, y pidió justicia, &c. Testigos Fulano, y Fulano.

134. „El luego el dicho Señor Alcalde Mayor dixo: que mandaba, y mandó hacer la dicha publicación de testigos, con termino de seis dias primeros siguientes; y mandó dar traslado de las probanzas à ambas las partes. Testigos dichos, &c.

Quæ publicatio testium fit ad effectum, ut partes possint recipere copiam examinis testium: & tunc censeatur præclusa via producendorum testium: 134. nam regula est, quod publicatis attestationibus, testes non recipiantur super eisdem articulis, vel directis contrariis, (a) nisi in casibus congelis à Bartolo, (b) nec attento *Jure Communi* est de ordine substantiæ huiusmodi; 135. ideoque ejus omisio non reddit processum nullum: (c) 136. quod est verum, nisi à parte publicatio petatur: nam tunc, si Judex istam non faciat, erit de substantia iudicii, & processus nullus iudicabitur:

(a) In Auth. *At qui semel*, Cod. de Prob. & à Bald. in dict. leg. *Gesta*, Cod. de Re jud. n. 17.

(b) In Auth. *At qui semel*, Cod. de Probat. & in cap. *Inimicitia*, cap. *Fraternitatis*, de Testib. Clem. 2. cod. tit. leg. 362. tit. 16. Part. 3. & tradit pro regula Joan. Matienz. in Dialog. Relat. cap. 46. n. 1.

(c) In Auth. *At qui semel*, Cod. de Probat. Panor. & Doct. in cap. *Fraternitatis*, de Testib. & Joan. Matienz. ubi supra. & eandem regulam cum nonnullis fallentis ponit Rojas in singul. 103. & Alex. Staticus in Pract. Jud. cap. 18. n. 40.

(d) Secundum Bartol. Bald. n. 19. & Alex. in leg. *Prolatis*, Cod. de Sentent. & interloc. Guid. Pap. quæst. 586. n. 1. & Capel. Tolos. quæst. 416. per text. in cap. *Cum 1. & A. Extra de Re jud. ubi tradit Panor. & Menoch. lib. 1. de Arbitr. quæst. 33. & Alex. Static. in dict. cap. 18. à num. 28.*

(d) quod intelligi debet, dummodo à tali denegatione appellatur, ut cum pluribus resolvit Sebast. Vantius, (e) & testatur communem Joan. Afinius, (f) & idem testatur Didac. Perez (g)

Hæc tamen resolutio Vantii, Afinius, & Didac. Perez mihi displicet, ac ex eorum dictis constat publicationem attestatorum non esse de substantia ordinis iudicarij, quamvis petita esset, & à Judice denegata, & à denegatione appellatum: nam si tunc esset de substantia iudicii, ejus omisio esset nulla, nec denegatio indigeret appellatione; (b) quia tunc contra jus Legum, & Constitutorum esset denegatio. Unde cum supradicti Doct. à tali denegatione publicationis appellationem requirant, sequitur inde, publicationem non esse de substantia iudicii, sed potius respicere jus, & justitiam partis, & ab ea appellandum fore: alioquin in auctoritatem rei judicatæ transire, & partem volentem impugnare sententiam, & processum ex defectu publicationis non fore audiendum: (h) & pro hac opinione urget textus sic intelligendus in leg. *Cum prolatis*, ff. de Re jud. ubi sententia lata contra legem valet, & appellationem requirit: quia lex illa contra quam lata fuit sententia respiciebat merita causæ, id est, jus litigatoris: (i) & eodem modo intelligitur textus, qui pro nostra opinione etiam facit in leg. *Præfer*, ff. de Re jud. ubi probatur, sententiam latam contra legem valere, & appellationem requirere: quoniam lex illa, contra quam lata fuit ibi sententiam, respiciebat jus litigatoris; licet ex actis processus constaret notorium errorem intervenisse, (k) Ergo constat, publicationem non esse de substantia, nec ejus omisionem processum reddere nullum, cum jus petentis eam respiciat.

137. At verò de *Jure Regio* hanc publicationem esse de substantia processus existimo per text. in leg. 1. tit. 8. lib. 4. Recopil. ibi:

(a) Secundum gloss. in cap. fin. vers. *Cessante*, de Heret. in 6. verb. *Judicis*.

(b) In Tract. Nullitatum, sub tit. de Nullit. ex defectu process. n. 40.

(c) In Praxi, §. 3. cap. 10. n. 4. ita componens glossam in Extravag. *Ad reprimendum*, verb. *Figura*. Et glossam in dict. leg. *Prolatis*, cum gloss. in dict. cap. fin. de Heret. in 6.

(d) In Rubric. tit. 11. lib. 3. Ordin. col. 1355.

(e) Ut probat leg. 1. ff. *Quæ sentent. sine appell. rescind.* & in cap. 1. de Sentent. & re jud.

(f) Juxta text. in dict. cap. *Cum 1. & A.* quem ita intelligit ibi Innoc. Panor. n. 10. & ibi Felin. n. 1.

(g) Ut notant ibi Imol. n. 1. Alex. num. 10. & Zafius num. 11.

(h) Ita intelligunt Alex. n. 2. Zafius n. 1. in dict. leg. *Præfer*, & Matth. de Affict. decis. 28. n. 8.

Hecha publicacion de los testigos, &c. 138. quæ verba cum sint ablativi absoluti, conditionem planè inducunt; (l) 139. sed conditio inducit formam, (m) 140. omisio autem formæ reddit actum nullum; (n) ergo constat, de *Jure Regio* publicationem testium esse de substantia iudicii, præsertim si à parte petita fuerit: (o) vel poterit etiam dici, lex 1. tit. 8. lib. 4. Recopil. intelligi juxta supradictam resolutionem communem, nempe, 141. quod tunc demum omisio publicationis inducat nullitatem processus, quando ab ejus denegatione fuerit appellatum; non verò quando ab ea appellatum non sit: quamvis hæc interpretatio nimis restringat prædictam leg. 1. generaliter loquentem, maxime, quia itylus hanc publicationem testium diu jam recepit.

142. In causis criminalibus nulli dubium est, publicationem testium de substantia iudicii esse, ejusque omisionem nullitatem processus inducere, ut eleganter resolvit Julius Clarus: (p) per quam publicationem concluditur, & renuntiatur productioni testium, nec partes amplius admittuntur ad aliquid probandum in negotio principali: nam didicimus testificatis, alii testes non sunt recipiendi: (q) 143. quamvis aliquando Judices præcipiant, testes productos in termino probatorio examinari intra illos sex dies publicationis. (r)

Intellige rursus, viam probationis præclusam esse per publicationem testium, quando probatio faciendæ esset per testes; ceterum si per instrumenta esset probatio faciendæ, non censeatur præclusa via probationis:

144. nam instrumenta usque ad conclusionem causæ produci possunt: (s) 145. dummodo pars producens cum juramento asserat instrumenta de novo fuisse reperta, vel in ejus notitiam venisse: alioquin instrumenta actor tenetur producere ante sententiam interlocutoriam probationis; reus verò usque ad diffinitivam: (t) quod tamén erit intelligendum

juxta resolutionem, quam tradidimus supra: (u) nam cum lex 2. tit. 5. lib. 4. Recop. sit posteriori loco situata, observanda erit, & per eam erit intelligenda lex 1. tit. 2. & lex 1. tit. 5. lib. 4. Recop. ubi statuitur, quod in quacunque parte litis instrumenta recipiantur, cum juramento producentis, quod de novo in ejus notitiam venerunt, & quod non potuit antea producere, nisi stylum quem ibi retulimus, fundemus in illis duabus legibus primis, & quod sint observanda, tanquam majori æquitate nitentes, licet primo loco sint situatæ, ac ideo dicta legi 2. tit. 5. lib. 4. Recop. situatæ posteriori loco præferri debeant, juxta à nobis notata, (x) & æquitas illarum legum consistit in hoc, ne veritas, & jus partis pereat, si instrumenta non fuissent admilla: & juxta hæc declarationem est intelligenda lex 1. & 2. tit. 9. lib. 4. Recopil. & comprobatur ex leg. 3. ejusdem tit. & lib. ubi dicitur, quod in secunda instantia instrumenta possint produci cum juramento producentis, quod in ejus notitiam noviter venerunt, & reperta fuerunt, & stylus supra relatus, in 7. Tempore sic debet intelligi, ut cum prædicto juramento instrumenta recipiantur.

146. Insuper intellige, viam probationis præclusam esse per publicationem testium, nisi aliqua pars ex litigantibus fuerit Minor vigin-tiquinque annis Ecclesia, vel alia persona privilegiata, quæ beneficio restitutionis gaudere debeat: nam tunc etiam post publicationem testium intra quindecim dies, restituitur ad probationem faciendam, ut supra resolvimus, (y) quod tamén limitari debet, prout ibi resolutum in num. 149. & 150. & alias limitationes hujus restitutionis colliges ex Alex. de Imola, (z) & Jalsone (a) auctoribus, in hoc mulierem, vel Rusticum non esse restituendos, quorum resolutio comprobatur ex his, quæ notat Roland. à Valle, (b) & idem tenet Mar. Socinus, (c) intelligentes, illud verum esse, quan-

(l) Juxta text. in leg. *A testatore*, & ibi Bart. ff. de *Condit. & demonstr.*

(m) Ut in leg. *Qui heredi*, & in leg. *Martius*, ff. de *Cond. & demonstr.*

(n) Ut probat text. in cap. *Cum dilecta*, de *Rescript.* & in leg. *Diligenter*, ff. *Mandat.*

(o) Juxta text. in leg. 10. tit. 17. lib. 4. Recop.

(p) Lib. 5. Receptorum Sententiarum, §. fin. quæst. 40. n. 1. & Avend. in respons. 1. n. 8. & post primam editionem hujus Operis inveni Joan. Seguram Davalos in suo Director. Judic. Ecclesiastic. cap. 14. n. 8. resolventem eandem opinionem.

(q) Juxta text. in cap. *Fraternitatis*, de Testib. & firmat gloss. in Clem. 2. de Testib. & in dict. Auth. *At qui semel*, & in leg. 34. 37. & 39. tit. 16. Part. 3. & Ordin. Lusitan. lib. 3. tit. 4. in princ.

(r) Secundum Monterros. in sua Pract. Civil. Tract. 2. fol. 11. col. 2. in fin.

(s) Juxta text. in cap. *Cum dilectis*, de *Fid. instrum.* & in leg. 34. in fin. tit. 16. Part. 3. & ibi Gregor. Lup. in gloss. fin.

(t) Leg. 2. tit. 5. lib. 4. Recop. & supr. resolvimus in isto 4. Tempore, n. 58. & in 7. Tempore, n. 14.

(u) In dict. 7. Tempore, n. 34.

(x) Supr. in 5. Annotat. n. 29.

(y) In isto 8. Tempore, n. 148. & 161.

(z) In leg. 1. §. *Nuntiatio*, n. 32.

(a) Col. pen. ff. de *Nov. oper. nunt.*

(b) In tract. de *Confect. inventar.* 2. part. quæst. 8. & quæst. 10.

(c) In *Repet. cap. Fraternitatis*, n. 32. de *Test. & Alciat. dict. §. Nuntiatio*.

quando laeso causaretur ex sola fragilitate mulieris, vel rusticitate; secus vero si ex probabili ignorantia: nam tunc ex clausula generali: *si qua mihi iusta causa videbitur*, restitutio concederetur, & idem resolvit Felinus: (d) & Rolandus (e) intelligit hanc probabilem ignorantiam, quando Rusticus, vel mulier non potuit consulere peritiores, quia erant in remotis partibus, ubi cum difficultate poterat eos consulere; secus si esset in loco, ubi copia peritorum esset: tunc enim non restitueretur ex illa clausula generali, secundum Decium, (f) & Tiraquellum (g) afferentem, onus probandi incumbere afferenti, Rusticum, vel mulierem potuisse consulere peritiores: idem sequitur Rolandus: (h) & aliam limitationem, ad hoc ut non restitatur Minor, vel Ecclesia, ponit Alex. Socraticus, (i) qui alias limitationes adducit ad supradictam regulam, quod publicatis attestacionibus, amplius non admittuntur testes, quas colligit ex Jassone, (j) Felino, & aliis (k) limitantibus dictam regulam in causa matrimoniali: & tu collige octo declarationes hujus regulae congestas per Menochium: (l) & alias quadraginta limitationes ad praedictam regulam ex Matienzo. (m) qui tractat, an praedictae limitationes locum habeant, stante leg. Regia 3. tit. 8. lib. 3. Recopil.

147. Denique intellige, hanc publicationem faciendam esse per Judicem, qui de causa principali cognovit: 148. unde, quando ipse Judex commisit, seu delegavit alteri receptionem, & examen testium, delegatus ille non poterit hanc publicationem facere; sed tenetur examen testium clausum remittere ad delegantem, coram quo publicatio erit facienda. (n) 149. Quae publicatio, ut supra diximus, fit ad effectum ut copia testium partibus detur, & partes opponere possint contra personas, & dicta testium, & super eis disputare, & de jure allegare: (o) 150. quod partes facere debent de *Jure Regio*, intra terminum sex dierum in ipsamet publicatione pra-

fixum: (p) Ideoque opportunè videndum erit de 9. Tempore.

EX NONO TEMPORE.

SUMMARI A.

1 **A**dvocatus utriusque partis, qua attendere debeat, publicatione testium facta, ad allegationem, & disputationem faciendam, transitur.

2 Advocatus utriusque partis diligenter inspicere debet mandatum adversarii, an sit sufficiens, quando per procuratorem litigavit adversarius.

3 Si Advocatus videret aliquem articulum probatum, debet eum signare in margine, cum aliquo caractere.

4 Testium contrarietas omnino vitanda est.

5 Fides unius testis supplet fidem alterius minus idonei.

6 Advocatus debet restitutionem petere adversus omissam probationem, si pro tali persona patrocinium praestet, cui restitutio competit.

7 Repulsa, seu exceptiones sunt opponendae intra sex dies connumerandos a die intimacionis processus partibus factae.

Repulsa contra testes productos in prima instantia, qualiter, & quando possint opponi in causa appellationis.

Repulsa in causa matrimoniali contra testes prima instantia objiciuntur in qualibet instantia.

8 Etiam si sit persona, qua de jure restitui possit, nihilominus tamen non poterit restitui adversus termini lapsum, ad opponendas testibus repulsas concessi.

9 Judex, cui de inhabilitate testium constat, potest eos absque partium petitione ex officio repellere.

10 Quando inhabilitas testis respicit, non solum odium ejus, verum etiam favorem partis, Judex non potest eum ex officio repellere.

11 Testium infamiam non sufficit Advocatum generaliter allegare.

Pars

(d) Cap. *Intimavit*, de Testib. n. 4. Salic. in leg. 1. col. 4. Cod. de *Jur. & fact. ign.* Barbac. in Reper. cap. *Raynaldus*, col. 50. in fin. & col. 152. in fin. Secund. limitat.

(e) In dict. quæst. 10.

(f) In leg. *Juris ignorantia*, Cod. *Qui admittit*.

(g) In Tract. de Retract. §. 4. gloss. 7. n. 20.

(h) In dict. quæst. 10. in fin.

(i) In Pract. Judic. cap. 18. n. 47.

(j) Leg. *Qui per salutem*, ff. de *Jurjur.* & Felin. in dict. cap. *Fraternitatis*, n. 5. & Bald. in cap. *Ultra tertiam*, n. 4. & c. 4. de Test. & ex Anton. de Butr. cap. *Ad petitionem*, de Accus. n. 14. ex Panorm. in cap. *Juravit*, de Prob.

(k) In cap. *Series*, de Testib.

(l) Lib. 1. de Arbitr. quæst. 34. à n. 5.

(m) Ubi supr. in dict. 3. par. Dialog. cap. §. 1. n. 7.

(n) Secundum Bart. in leg. *Cum ab initio* in fin. ff. *Quomodo testam. aperiant*. & Marant. de Ord. Judic. 6. par. actu 1. n. 6. & plura de hac publicatione attestacionum, ultra Doct. in supradictis locis citatos, vide apud Bald. in leg. *Per hanc*, Cod. de *Temp. appell.* col. pen. Ripam leg. 2. à n. 30. Cod. de *Edend.* & Alex. Socraticus in sua Pract. Jud. cap. 18. à n. 16. & Covar. in Pract. Quæst. cap. 18. n. 6. vers. Sexto.

(o) Juxta text. in cap. 1. de Testib. in 6. & in Auth. *Si testis productus*, Cod. de Testib. & in Extravag. *Adreprimendum*, junctis gloss. verb. *Figura judicii*.

(p) Ut probat text. in leg. 1. tit. 8. lib. 4. Recop.

12 Pars porrigere debet libellum disputationis, qui vulgo appellatur escrito de bien probado.

13 Libellus disputationis, qui vulgo dicitur escrito de bien probado, concipitur sermone Hispano.

14 Si pars non habeat repulsas adversus testes, non addit clausulam illam in libello, per quam exceptiones testibus objicit.

15 Libellus disputationis sermone Hispano conceptus explicatur: & jure probantur singula ejus clausulae.

16 Contestes debent esse testes, ut admittantur.

17 Testis non debet de auditu deponere.

18 In antiquis factis fidem faciunt testes de auditu deponentes.

19 Testis de vana credulitate deponens, non facit fidem.

20 Testis dictum non concludens, non facit fidem.

21 Solam testium depositionem non sufficere, palam est.

22 Repulsa sunt testibus objicienda cum protestacione, quod non objiciuntur animo eos injuriandi.

23 Si repulsa intra sex dies testibus opposita à Judice non admittantur, pars appellare potest.

24 In detestabilibus criminibus non admittuntur testium repulsa.

25 In summaris causis non admittitur testium repulsa.

26 Adducens aliquem testem pro se, non potest eum contra se repellere.

27 Per solam testis productionem videtur testis approbatus à producente, quamvis eo non utatur.

28 Si nova repulsa testibus supervenerit, potest pro se eos producentes, contra se postea reprobare.

29 Dicta testium bene potest quis contra se reprobare, quamvis eosdem pro se antea produxerit.

30 Testes, quibus probantur testium exceptiones, reprobari non possunt.

31 Infinitas est vitanda.

32 Ad probandas repulsas testium, pars admitti non debet, nisi elapsis quindecim diebus post publicationem.

33 Judex debet admittere partes ad exceptionum probationem.

34 & 35. Sententia, per quam partes recipiuntur ad probandas repulsas testium, ser-

monè Hispano composita.

36 Interrogatorium super repulsis testium sermone Hispano compositum.

37 Testes producti ad probandas repulsas testium, jurare, & examinari debent, sicut testes in negotio principali producti, & eorum publicatio fieri debet.

38 Repulsa contra testes probantes repulsas testium causa principalis, admitti non debent.

39 Repulsis testium planè probatis, Judex curare non debet de generali probatione facta super bonitate testium reproborum, nisi specificè bonitas probaretur, & repulsa excluderetur, coarctando negativam loco, & tempore.

40 Quilibet praesumitur bonus, nisi contrarium probetur.

41 Testis de crimine emendatus, ad testificandum admittitur.

42 Omnibus conclusis, utraque pars conclusionem causa petere debet.

NONUM TEMPUS.

DISPUTATIONIS, ET ALLEGATIONIS.

1. **F**Acta testium publicatione, Advocatus utriusque partis diligenter processum videat, consideretque allegationes, & probationes utriusque partis, & super eis disputet, & alleget: in primis considerando, an ejus clientulus sit actor, vel reus, & an pars adversa per procuratorem litigaverit: 2. quo casu videre debet mandatum, utrum sit sufficiens, necne: & an pars adversa habeat personam legitimam standi in judicio. Deinde inspicat probationis sui clientuli, & an articuli ejus possit fuerint propositionibus parti adversae: videatque, an pars adversa fuerit confessi praedictis articulis. Postmodum videat attestaciones in articulis principalibus actionis, vel exceptionis: 3. & si invenerit aliquem articulum probatum, illum in margine signet aliquo caractere: & si testes suae partis in aliquo articulo discordent, curet eos componere: 4. quia contrarietas testium omnino vitanda est. (a) Similiter advertat, quod si in favorem sui clientuli fuerit productus aliquis testis minus idoneus cum alio teste omni exceptione majori, concordante cum depositione illius testis minus idonei, 5. quod tunc fides unius supplet defectum alterius. (b) Deinde advertat Advocatus, an pars ejus sit persona, que

(a) Juxta text. & ibi Doct. in cap. *Cum tamen*, de Testib. (b) Secundum Hypoll. in leg. de *Minore*, §. *Tormenta*, ff. de *Quæst.* col. 2. in fin. per doctrinam Bald. & Ang. in leg.

Si quis ex argentiis, §. 1. ff. de *Edend.* & idem firmat Jass. in leg. *Dictantibus*, col. 2. Cod. de *Testum.* & Curt. in Tract. de *Test.* col. 1.